BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVII 1,963

846.

✠✠✠

DECAS QVÆSTIONVM PVBLICARVM REGNI.

In quibus

ECCLESIASTICA IVRA, ET IMMVNITATES ECCLESIASTICI STATVS ELVCIDANTVR.

Authore ANDREA LIPSKI á Lipe, I.V.D.
Scholastico Cracouien: & Plocen: Custode Gnesnen. Sacræ Reg: Maiest: à Secretis.

Cum Gratia & Priuilegio S. R. M.

POSNANIÆ,
In Officina Ioannis Wolrabi. Anno MDC. XX. VI.

8.726

INDEX QVÆSTIONVM.

I. De decimis, & quo iure decimæ in Polonia Ecclesiastico ordini debeantur?

II. Suspensio decimarum ad compositionem inter status, an iuribus Ecclesiastici ordinis derogare possit, necne?

III. De iurisdictione Ecclesiastica, & an causæ decimarum coram sæculari iudice tractari debeant?

IV. De foro Spiritualium, & an Clerici coram Iudice sæculari conueniri debeant?

V. Consuetudo & Statuta contra libertatem Ecclesiasticam promulgata, vtrum de iure valeant, necne?

VI. Statuta & Constitutiones Regni de Annatis Romanæ Curiæ denegandis, an iuri sint consentaneæ necne?

VII. Vtrum ordo Ecclesiasticus ad onera publica ferenda teneatur, & an subditi illorum, puta Sculteti & Aduocati ad expeditionem bellicam cogi possint?

VIII. An articulus Confæderationis Anno D. 1573. de pace inter dissidentes in religione tenenda, sub Interregno editus, & in volumen Constitutionum Regni insertus, legis vim habeat, necne?

IX. De iure patronatus atque Cortesanis, & an aliquando patroni iure præsentandi priuari possint?

X. De præscriptionibus, & an res seu bona Ecclesiæ præscriptione acquirantur?

BIBL. Z.N.IM. STANISŁAWSKICH

XVII - 1963 - III

QVÆ-

SERENISSIMIS PRINCIPIBVS
AC FRATRIBVS.

IOAN: CASIMIRO
SECVNDO GENITO,
IOAN: ALBERTO
TERTIO GENITO,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS, DOMINI

D. SIGISMVNDI III.
POLONIÆ ET SVECIÆ
REGIS, &c. &c.

FILIIS

Dominis meis Gratiosissimis S. P.

On est sanè, Serenissimi & Excellentissimi Principes, quòd mirum cuiquam videatur, me primum inter omnes tàm graui & arduo negotio tenellam istam ætatem vestram, non solùm præoccupare voluisse, sed vos etiam huic operi meo, in quo seriæ quædã, minusq; ętati vestrę aridentes, de controuersijs inter statum Ecclesiasticum & sæcularem quæstiones cõtinentur, Patronos præ-

cipuos & singulares elegisse. Nam huius mei consilij non aliam fuisse rationē ingenuè profiteor, nisi quòd vnicè id cuperem, vt ab ipsis quasi incunabulis, priscam religionem, quam à Sereniss.: pientisimisq; illis maioribus & parentibus vestris accepistis, & in qua nunc á Sereniss: Regina insigni pietate religioneq; prædita, matre vestra, omni cura & studio educamini, ita imbibatis & addiscatis, vt illius amore inflammati, Ecclesiasticum quoque ordinem, qui Catholicæ Romanæ fidei præest, commendatum habeatis, ac diligatis. A teneris etenim assue, scere, multum est vt præclarè dixit ille. Ego sanè, quò amplior est Maiorum vestrorum maiestas & celsitudo, ex quibus prodijsse tot orbis Christiani Monarchas admiramur; quò magis excellens Serniſſimorum parentum vestrorum pietas, quò sanctior educatio vestra, quò denique indoles vestra multis præstantisimis Dei muneribus adornata, præclarior est, hoc maioremq; certiorem spem animo concipio, futurum vt cum eminentisimorum Maiorum vestrorum, á quibus non prosapiam tantummodò Regiam, sed etiam augusta illa nomina CASIMIRI & IOANNIS ALBERTI fausto omine ducitis, vestigiis incesseritis, eorum laudem atque decus sempiternum, non æquare modò, verum etiam superare possitis. Quam vt vobis largiatur Dominus IESVS sapientiam & gratiam, qua & ipse dum puer esset proficiebat apud Deum & homines, diuinam ipsius bonitatem precor. Viuite igitur incolumes, & in spē Regnorum egregiè in omni genere virtutum crescite inclyti HEROES atque magna REGVM propago.

Serenitatum Vestrarum

deuotiss: atque addict: Seruitor.

Andreas Lipski á Lipe I. V. D.
Scholasticus Cracouien: & Plocen:
Custos Gnesnen. S. R. M. Secret.

QVÆSTIONVM PVBLICARVM ANDREÆ LIPSCII DECAS.

QVÆSTIO I.

De Decimis, & quo iure Decimæ in Polonia Ecclesiastico Ordini debeantur.

SVMMARIA.

1 *Decimæ, vtrum sint de præcepto necne?*
2. *Decimas iuris diuini, non autem positiui esse probatur.*
3. *Præceptum de Decimis quale fuerit.*
4. *Populus Noui Testamenti ad maiorem perfectionem obligatur, quàm populus veteris testamẽti.*
5. *Decimæ authoritate Conciliorum probari possunt.*
6. *Religiosi & alij Prædicatores conscientiam pœnitentibus, & auditoribus de solutione decimarum facere debent.*
7. *Decimas iure gentium deberi, probatur.*
8. *Decimarum antiquissima fundatio á Miecislao, & alijs Regibus Poloniæ, Ordini Ecclesiastico facta.*
9. *Historicorum testimonio standum esse, ostenditur.*
10. *Iaroslai Archiepiscopi Gnesnen: de decimis sententia, authori-*

thoritate Casimiri Regis cõprobata.

11. Vladislai Iagellonis, & aliorum Regum, Priuilegiorum Ecclesiastici Ordinis confirmatio.

12. Ludouici Regis Priuilegium non facit immunem Nobilitatem á solutione decimarum.

13. Ius decimarum, Ecclesiasticus Ordo etiam specialibus & particularibus Priuilegijs probare potest.

14. Decimarum ius Bullis Pontificum probatur.

15. Regalia bona á decimis non sunt libera, multomimus Nobilium libera esse debent.

16. Ecclesiasticus Ordo, ius decimarum præscriptione longissima acquisitum habet.

17. Libri Beneficiorum vnde habeant originem, & quæ illorum sit authoritas.

18. Libri Retaxationum quãdo, & quam ob causam conscripti

19. Decimæ Ecclesijs seu beneficijs ab Episcopis collatæ sunt.

20. Noualium decimæ Episcopis debentur.

21 Immunitas á solutione decimarum præscriptione acquiri non potest.

22. Excusatio Authoris de prolixitate quæstionis.

1. DEcimas, * ante legẽ quidem Moysi fuisse sub consilio; at in lege sub præcepto, nulli dubium est: ita enim de his diuinam Maiestatem ordinasse & præcepisse, probatur multis sacræ scripturæ locis. Et primùm Exodi cap. 27. *Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre, primogenitũ filiorũ tuorũ dabis mihi, &c.* Et Leuit: cap. vltimo: *Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Non eligetur bonum nec malum, nec cũ altero commutabitur &c.* Item Num: ca: 18. *Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israëlis, in possessionem pro ministerio, quo seruiunt*

uiunt mihi in tabernaculo fœderis. Deuter: cap: 14. *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra.* Ac deniq; Malach: cap. 3. *Inferte omnem decimam in horreũ meum, & sit cibus in domo mea, & probate me, super hoc dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsq; ad abundantiam. Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.*

Vnde satis liquidò constat, decimas ab ipso Diuino numine ideò constitutas esse, vt persoluantur á populo Israel, filiis Leui, pro ministerio in quo deseruiebant ei in tabernaculo, prout in cap: *Decimas*, ibi. *Decimas á populo Sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas.* 16 qu: 1. disponitur. Ac proinde * 2 eas esse iuris diuini, & præcepto ad eas soluendas omnes obligari, exploratissimi iuris esse text: in cap: tua 25. ibi. *Neminem potest á solutione decimarum eximere, que diuina constitutione debentur.* Et in cap: in aliquibus, 32 ibi. *Illæ quippe decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.* tit: de decimis, primitiis, & oblat: apertissimè probant. Nec moueor quorumdam non postremi nominis Theologorum opinione, qui decimas nunc non esse de præcepto, & per consequens, nec iure diuino, sed positiuo humano eas deberi, existimant, idq; ex ea ratione; quòd quemadmodũ ante legem á Moyse datam, decimæ non erant de præcepto, sed tantum de consilio; ita & nunc in lege gratię, cùm videlicet iam veteris illius legis authoritas, morte Christi abolita sit: tum verò, quòd non sint renouatæ aliquo præcepto testamenti noui, non aliter eas deberi, nisi de consilio, dicendam esse videtur

detur. Nam quamuis leges Moysi iudiciales & cæremoniales, Christianos obligare non possint: attamen morales, etiam in noua lege necessariò omnes ligant. Præceptum verò illud * de decimis primò & principaliter erat morale, vt potè iure diuino; & naturali ratione inductũ, quę dictat necessaria ministranda esse à populo ministrantibus in cultu diuino: *dignus est enim operarius mercede sua.* Matth. cap: 10. Quamuis, quo ad quotam seu determinationem certæ partis, ad iudiciales etiam leges decimæ pertinere videantur, quę etsi obseruari possint, aut non obseruari, si tamen lege aliqua, siue Ecclesiastica, siue seculari, ac multò magis diuina constituantur, ad earum obseruantiam omnes necessariò obligari. S. Th. 2. 2. qu: 87. probat. In noua etiam lege Euangelij, ius illud 3.

vetus renouatum esse, vel indedici potest, quod Luc: cap. 11. & Mat: cap: 23. Saluator ipse docet, his verbis: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentha & anetũ, & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis iudiciũ ac misericordiam, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Qui nimò * cùm populus nouæ legis obligetur, ad maiorem perfectionem, quàm populus veteris testamenti, iuxta dictum Christi: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum &c.* Matt: cap: 5. maximè verò quòd non minoris sit dignitatis ministerium noui testamenti, quòd à Clericis & Sacerdotibus hodie exhibetur populo Christiano, quàm olim fuit ministerium veteris testamenti, teste Apostolo, 1. Cor. 3. Idcirco meritò, & optima ratione dicendum videtur, quòd hoc Dei institu- 4.

tum

rum & præceptum, magis Christianos, quàm Iudeos strī gere debeat. Quo argumento sanctos quoq; Patres vsos fuisse, Sancti Clementis, D. Petri discipuli & successoris exemplum docet, lib. 2. Apost Const: cap: 29. & sequen. Et authoritate S. Hieronymi serm: 219. de Tempore, comprobatur. *Quod de decimis*, inquit, *primitijsq; dicimus, quæ olim dabuntur à populo sacerdotibus atq; Leuitis, in Ecclesiæ quoque populis intelligitur: quibus præceptio est; non solum decimas & primitias dare, &c. id qui non fecerit, Deum defraudare & supplantare conuincitur.* Vt interim taceam * de perpetua ab 5. Apostolorum temporibus decimas pendendi consuetudine, vel ipsa sanctorum Conciliorum authoritas diuino iure nixa, idipsum cuiuis satis manifestò declarat. Nam (vt alia breuitatis causa præteream) in Concilio Mogūtinen: tēpore Caroli Magni celebrato, cap: 38 sic dicitur. *Admonemus atq; præcipimus, vt decimas de omnibus dari nō negligatur quia Deus ipse sibi dari constituit.* Ex quibus liquidò cōstat, decimas à Deo, tā in veteri quā in nouo testamēto, ordinatas & imperatas esse, ita vt eas iuris diuini, nō autē iuris positiui humani, esse necessariò fatendū sit. Ac proinde * ex or- 6.
dinatione Ecclesiastica, si religio si, aut alij quipiā sacerdotes scientes omittunt facere de hoc præcepto conscientiā sibi cōfitentib⁹, aut si aliquid dicunt etiam in priuato, quo aliquis retrahatur à solutione decimarum, grauissimè peccant, & pœnam excommunicationis incurunt, de quo est expressus textus in cap: Cupientes. in fin. tit: de pœnis in Clement. Vbi etiam religiosis & aliis prędicatoribus iniungitur, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatio-

tione maledictionis æternæ, vt quoties prędicabunt, & confessiones audient, conscientiam auditoribus & pœnitentibus de dicimis soluendis facere non omittant. Doceri etiam posset, * Decimas
7. iure gentiũ introductas esse, si quidem ex historiis prophanis constat, populos etiam vera Dei cognitione carẽtes, suis tamen Principibus & Sacerdotibus, decimas quasi debitum quoddam naturale pensitasse, vt videre est apud Plin: lib: 12. cap. 14. & 19. Plutarch: in problem: 17. & in vita Syllæ, Macrob: lib. 3. Satur: ca: 1. & 2. Herod: lib. 1. Cùm enim natura eam notionem insculpserit hominũ mentibus, vt ijs, qui nobis operam & ministerium præstant, præmia debeantur, eadem quoq; admonente facilè possumus iudicare, sacerdotibus, qui in populi gratiam multum studij laborisque impendunt, alimenta esse tribuenda. Et vnde Regib⁹ vectigalia seu tributa, militibus stipendia deberi iudicam⁹; inde quoq; sacerdotib⁹ decimas esse per soluendas cognoscim⁹, cũiis velutí subsidiis vitã sustentare debeant. Ac ne quis dubitare, fortè possit, hæc ita se habere, vel ipsi⁹ Abrahami exẽplo, qui sacerdoti Melchisedeco decimas dedisse, memoratur, facilè conuinci põtest. Sed cùm quidam * rerum præsertim pa- 8.
trtarum nimis religiosi obseruatores, iura hæc Gentium & Canonica, tanquam exotica & peregrina à maioribus & consuetudinibus huius Regni prorsus aliena esse existiment, vt potè nostris hominibus, Regum suorum Constitutionibus, proprijsq; Statutis & consuetudinibus pro iure vtentibus: idcirco missis hisce, iam necessariò antiquissimorum optimorumq; Principum

cipum & Regum Poloniæ legibus & institutis, decimas Ordini Ecclesiastico esse adscriptas, probandū erit. Ac in primis Miecislaus, suscepto Poloniæ hæreditario Principatu, Anno à Christo nato 965. in fidem Christi sacro baptismatis lauacro initiatus, tanta religionis Christianæ propagandæ cupiditate flagrauit, vt multis statim templis á se ædificatis, censibus, & ampliſſimis possessionibus, eas locupletauerit; Episcopis institutis, decimas frugûm omnis generis, tàm de suis, quàm suę Nobilitatis adeoq; plebis agrit, edicto perpetuo iisdem adscripserit, teste Cromero in vita eiusdem Mieciſlai, Dlugoſso, & alijs. Hanc autem Miecislai piiſſimi Principis, decimarum ordinationem seu institutionem, cæteri, qui ipsum secuti sunt Reges, non solùm approbârunt; verū etiam grauiſſimis pœnis, in eos, qui in pendendis decimis Clero difficiles se præberent, animaduerterunt; quòd Boleslaū cognomento Chrobry, (qui anno salutis 997. regni gubernacula suscepit) feciſſe, idem Cromerus attestatur his verbis: *Nulla autem in re Boleslaus erat seuerior, quā in contẽptu religionis, tẽplorū prophanatione, & sacerdotum iniurijs atq; contumelijs vindicandis; ad quæ facinora, cũ pleriq; Equestris Ordinis homines, partim priſtinæ impietatis consuetudine, partim licentia militari incitati ferrentur, & decimarum quoq; onus detrectarent, sacerdotesq; pulsarent, in authores quidem pœna capitis animaduertit, cæteros partim verberibus, atq; minis castigauit.* Hæc Cromerus. sed & Dlugoſsius de eodẽ Boleslao, hæc memoriæ prodidit: *Nullatenus passus est*, inquit. *decimarum manipularium pro Ecclesijs & ministris Dei in vniuersis Principatibus suo imperio subiectis, salutic-*

solutionem, aut varietate aliqua diminui, aut indubium aliquatenus reuocari, sed decreuit & mandauit, illam esse perpetuam & perennem, varia vltionis diuinæ flagella filiis, nepotibus, successoribusq; suis interminans, si per quempiam illorum præfatarum decimarũ contingeret solutionem intercipi, transmutari,
9. *vel rescindi.* At fortè* quis hæc Historica esse dicet, eaq; minoris fidei & authoritatis esse, studio contradicendi allegabit? Fateor testimoniis historicorum, iisque omni exceptione maioribus ea probari; at proferat ille mihi statutum, aut legem vnam aliquã illius temporis, & tunc sententiæ huius assertor, facilè palmam obtinebit: sed verius est, nullas eo tempore, nedum leges scriptas, sed vix aliquas literas apud gentem nostram extitisse. Nam, vt Cromerus lib: 1. cap: 3. refert, *vix dum sexcenti aut septingenti anni sunt, ex quo Slauica siue Bulgarica gens literas vnà cum religione Christiana amplexa est.* Equidem, qui huic tã præclaro atq; illustri Historicorum testimonio fidem abrogare velit, eum gentis quoq; suæ originem, & res gestas omnes dubias, incertasq; redditurum existimo. Tali igitur testimonio, hoc est publicis monumentis in primis probatum est, Ecclesiasticum ordinem, ad exigendas decimas ius firmum, perpetuumq; habere, non artificio aliquo comparatum, sed vnà cum Christi fide fundatum, & ab omnibus Regibus & Principibus cõstantissimè obseruatum. Verùmenimuerò* Boleslai vestigiis insistens 10
Casimirus Magnus, cùm Anno 1369. exorta controuersia in Minori Polonia esset, inter Bodzantam Episcopum Cracouien: & ipsum Casimirum Regem, non de iure decimarum, sed tantum de vecturis, ac modo decimandi; ita demum

mum eam litem & controuersiam sopiuit, vt eam arbitrio Iaroslai Archiepiscopi Gnesnen: reliquerit, eaq; leges Iaroslao censente, summa Senatorum voluntate ediderit, quæ & iura decimarum stabiliunt, & modum earundem persoluendarum præscribunt. Eam verò sanctionē Iarosli non priuata ipsius autoritate, sed iussu & mandato Ipsius Regis promulgatam fuisse, tàm clarum tamq; euidēs est, vt nulla prorsus maiori probatione ea res indigere videatur. Casimirus ipse siquidem eam legem suam, testatur his verbis: *Nos Casimirus Dei gratia Rex Polomiæ. Significamus tenore præsentium, Quomodo cupientes, vt subditi nostri in Regno nostro degentes, præsertim in Regno Poloniæ, & terris cuiuscunq; status & conditionis existant, honeste viuant, alter alterum non lædat, & ius vnicuiq; tribuatur. Præterea de consilio Venerabilis in Christo Patrū & Domini Iaroslai, sanctæ Gnesnen: Ecclesiæ Archiepiscopi nec non Prælatorum, Palatinorū, Bonorum, & vniuersorum Nobilium nostrorum de terra Poloniæ, ad perpetuam rei memoriam Statuta edidimus infrascripta, &c.* Quibus verbis sanè declarat Rex Casimirus, prædicta statuta propter concordiam inter status, à se, non à Iaroslao, cū consensu Prælatorum, & omniū Ordinū edita esse. Quod non de alijs statutis intelligi debet, nisi de his, quæ eā præfationem Casimiri Regis sequuntur. Statim enim post hæc verba atq; titulum legis, de sola decimarum ordinatione per Inroslāum facta ibidē agitur. Vnde satis manifestè constat, prædicta statuta de decimis in volumine legum nostrarum comprehensa, per Iaroslaum quidem iussu Regis congesta, sed per eundē ipsū Regē ac alios Ordines admissa, concessa, & in perpetuum

mulgatà esse: & ideò non Iaroslao voluntati Regis morē gerenti, sed ipsi Casimiro Regi adscribi debent. Nihil enim interest verbis, an rebus ipsis & factis, suam voluntatē Princeps declaret; cū reb' magis, quā verbis leges imponantur. Sed enim * hanc
11 siue legē siue sanctionē á Iaroslao quidē scriptam, Regis verò Casimiri iussu editā, in veris Regni legib' esse numerandā illud præterea probare videtur, quod Vladislaus Iagello, hęc atque similia Cleri Priuilegia, in vniuersū lege cū muni Ordinū consensu lata, approbauerit idq; in Castris propè Czerwiensko, de Anno 1422 in crastino S. Mariæ Magdalenæ. Cuius Priuilegij verba in codice statutorum Regni sub verbo *Priuilegium*, ita se habent: *Vt subditi & indigenæ Regni nostri tam spirituales quám seculares, absq; vlla ambiguitate iuribus & priuilegiis, quæ illis dudum á nostris prædecessoribus diuæ memoriæ Regibus Poloniæ, & á nobis sunt concessa, securiùs vti possent, & potiri, nec aliqua circa eorum continentiam hæsitatione suspendi, omnia & singula priuilegia, iura, libertates, & concessiones nostras, quas obtinent sub quacunque formæ verborum, in omnibus punctis &c. approbamus, innouamus.* Quod item ex alio priuilegio eiusdem Regis, de libertatibus Regnicolarum, tam spiritualium quàm secularium in Iedlna concenſso; Cracouiæ verò postmodū, Anno 1433. feria sexta infra octauas Epiphaniæ promulgato, liquido patet. At quid hac in parte clariùs apertiusque esse possit, eiusdem Vladislai Iagellonis Priuilegio, in Conuentione generali Petricouiē. pro festo S. Adalberti Anno 1458 celebrata, concesso, ac postmodum à Casimiro Rege filio ipsius confi-

confirmato, non video? Eius enim priuilegij hæc sunt verba: *Noscat igitur*, inquit Vladislaus Iagello, *tam præsens ætas, quàm posteritas futurorum. quòd quanquam sacris canonibus salubriter sancitum, & lege humana vtiliter sit prouisũ, quod quicunq; Princeps seu Capitaneus, Baro, aut Nobilis Miles. aut Vassalus, &c. decimas, (quas sibi Deus in signum viniuersalis Dominij pro alimento seruientium reddi censuit) rapuerit, inuaserit, &c.* vbi non solùm contra raptores, occupatores, ac detentores decimarum; sed etiam contra omnes id fieri permittentes, seu ratum habentes, pœnas grauissimas constituit. Quo facto simul etiam ostendit, iura decimarum optimo firmissimoque iure niti, neque á quopiam illis derogari potuisse.* Verum enimuerò plenis (vt solent) bucis, personabunt hîc Ecclesiasticorum aduersari, Ludouicum Regem ab omnibus contributionibus, censibus Regijs, Nobilitatem Polonam antea fecisse immunem; non potuisse ergo Iagellonẽ successorem eius, priuata authoritate Nobilitatem nouis contributionibus onerare. Noua certè, eaq; ridicula consecutio, vt is, cui Dominus censum sibi debitum remittit, propterea etiam alijs diuersa officia prestare non teneatur Ludouicus enim Rex, ab iis tantùm liberam Nobilitatem fecit, á quibus ipsi potestate Regia licuit, à decimis neque liberat, neque liberare quidem potuit, cùm id ad ius diuinum pertineat, & ante eum Miecislai Boleslai, & Casimiri Magni leges extiterint, quibus vniuersi ad decimarum solutionem adstringerentur, prout id superius euidentissimis documentis probatum fuit. Ac proinde cùm neq; ex verbis

12

dicti Priuilegij á Ludouico, datì, neq; exſententia, abolitio iuris decimarum, vllo modo elici atq; exprimi poſſit; non ex verbis, quia ibi nulla mentio ſpiritualium perſonarum, nullum verbũ tám de dicimis, quám de abrogandis aliquibus legibus
11 inuenitur; non ex ſententia, ſiquidem vera cuiuſlibet ſententiæ ſignificatio, ex rebus earumque cauſis & factis ipſis tum deprehenditur, cũ verba videntur obſcuriora. At illius Priuilegij verba ita ſunt plana & perſpicua, vt adſubtiliorem aliquam demonſtrationem decurrere nõ ſit neceſſe. Fraus n. legifit, vbi id quod fieri noluit, aliquis in eam intrudit: neceſſariò itaq; ſtandum eſt iuribus & priuilegiis ſuperiùs recenſitis, & tenenda eſt vniuerſalis illa Regula, quam Imperatores circa concluſionem ſuarum legum edicere ſolebant hiſce verbis: *Quicquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum conſtitutionum á regulis, omnes relictum intelligant. quod enim non mutatur, cur ſtare prohibetur?*

Cætetum non deſunt & alia argumentorum ſeu probationum genera, quibus decimarum æquitas, & antiquus vſus aſſeri & ſtabiliri poſſit. Ac in primis * quòd vetuſti 13
ſſima extant Priuilegia Eccleſiis quibuſdam ſpecialiter conceſſa, ex quibus conſtat, Ordini Eccleſiaſtico ſtatim cùm ipſa Chriſtiana religione, ius decimas accipiendi fuiſſe tributum. Et quid primò Archiepiſcopũ Gneſnen: decimas habuiſſe, antequam Caſimirus Iuſtus Poloniæ Dux eſſet, ex Priuilegio inſtitutionis vetuſtiſſimæ Abbatiæ Suleiouien: oſtendi poteſt. Boleſlaus enim Pudicus Anno 1202 in diplo-

mate

mate suo, confirmat & recitat diploma aui sui Casimiri Iusti Anni 1176. in quo sub finẽ hæc clausula inuenitur: *Sciendum deniq; quòd Dominus Petrus Gnesnen: Archiepiscopus huius sancti operis coadiutor esse cupiens, diuina instinctione, & in ea ex Fulconis Cracouiensis Episcopi petitione, decimam de Suleiow cum pertinentiis suis, decimã de Lánczno, de Mileiow, & c. contulit fratribus, Ecclesiã quoque de Baldrzików cum decimis, decimam de Stándow, de Páskurow contulit, & sigilli nostri & sui, & Fulconis Episcopi Cracouien: munimine roborauit.* Iste porrò villæ, aut sanè ex his pleræque Casimiri Ducis tunc erant, vti ex eodem Priuilegio colligitur, Archiepiscopus nihilominus in eis decimas possidebat, quas fratribus, petente Fulcone Cracouiensi Episcopo, est elargitus. Hoc idẽ de decimis Cleri reliqui, ex antiquissimo Priuilegio institutionis Abbatiæ Wangrouicensis, á Sbilutho Nobili Polono, coram Miescone Duce facto, colligi potest, in quo hæc clausula sub fine adiicitur: *Et hæ sunt villæ, quarum decimæ attinent B. Petro, Bártodzieie, Stoßyn, Bukowa, Dambrowniki, &c.* Et deinde *Igitur si quis hæc violauerit, anathema sit.* Casimirus quoque Magnus, in singulari ac præcipuo quodam diplomate, Ecclesiæ, Gnesnen: Cracouiæ Anno 1357. concesso de decimis ita decreuit: *Adicimus decernentes, quód milites non impediant, nec prohibeant in grandijs villanorum suorum venditionem liberam, decimarum, nè propter hoc Deus prouocetur, eũ iuxta ius naturale liberum esse debeat, de re propria disponere prout placet.* Iure ergo naturæ & diuino, si Casimiro credamus, decimæ ad Clerum spectant. Idem etiam ipse Rex Ecclesiæ Cracouiensi, An-

BIBL. Z.N.IM. OSSOLINSKICH 7

no 1352. Calend: Iulij. Priuilegium (cuius authenticum in Archiuio eiusdem, Ecclesiæ asseruatur) concessit, in quo præcipitur omnibus & singulis colonis & kmethonibus, terras, agros, & prædia quælibet colentibus, in suis vel Baronum & militum & alium quorumcũque villis Polonicalibus seu Theutonicalibus in tota Diœcesii, Crac: vt de cætero, Episcopo & Capitulo, Prælatis & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Crac. & emptoribus decimarum, necnon Abbatibus, Prępositis, Prioribus, Plebanis Ecclesiarum Collegiatarum, Parochialium Rectoribus, ac alijs quibuslibet Clericis secularibus seu regularibus, exemptis & non exẽptis in dicta Diœcesi commorantibus, decimas frugum suarum cuiuslibet seminis, canapi & lini, tempore messis quolibet anno curribus suis, sine dolo & fraude ad horrea Episcopi & Clericorum, vel alia certa loca villarum, in quibus huiusmodi decimę consistunt, conducere temporibus perpetuis. Constat itidem ex Priuilegio Posnaniæ Anno 1360. dato, eundem Casimirum Regem concordiam iniisse, perpetuo duraturam, consilio Baronum terræ Poloniæ, cũ Iaroslao Gnesnen: Archiepiscopo, de decimis, de Naldratis, de Fertonibus ex terris Maioris Poloniæ & Lancicię, ad Clerum spectantibus. Sed & Vladislai Iagellonis Regis diploma Cracouiensi Ecclesiæ Anno 1433. specialiter datum, expresse probat, illum ius decimarum, nõ tantùm non abolevisse, sed etiam decreuisse, & statuisse, *vt dum aliquis indigena Regni cuiscunque Status & cõdicionis existas, propter raptũ decimarum, & aliarum rerũ Ec-*

clesia

cleſiaſticarũ occupatinẽ, &c. ſententia excumunicationis iuſtè fuerit innodatus, ipſamq; vltra annũ legalẽ pertinaciter ſuſtinuerit, nec curauerit ad gremiũ ſanctæ matris Eccleſiæ redire, extunc anno huiusmodi elapſo, omnia eiusdẽ excommunicàti bona mobilia & immobilia, quæ tunc poſſederit, debent recipi per locorum Capitaneos, quibus ſubiacent, & poſsidenda tãdiu per Capitaneos, quouſq; per eoſdẽ excumunicatos, vel per Capitaneos memoratos, de huiusmodi bonis damna, valor rei & intereſſe læſis, vel iniuriã paſſis plenariè exoluantur. Quibus ſolutis, bona prælibata prædictis excumunicatis, nõ niſi abſolutis, erunt reſtituenda. Quod priuilegiũ poſtmodũ Caſimirus Rex, filius ipſius, Anno 1458 in Conuentione generali Petricouien: feriâ quintâ poſt feſtũ S. Georgij celebrata, in omnibus & ſingulis punctis & conditionibus, de conſenſu & voluntate Prælatorum, Baronum, & Conſiliariorum Regni approbauit, innouauit, & confirmauit; præcipiendo omnibus & ſingulis, præſentibus & futuris Regni Capitaneis, Tenutarijs, & eorum Viceſgerentibus, vt prefatum priuilegium ſeu ſtatutum, in omnibus condicionibus teneant, & ad vnguem perpetuò & inuiolabiliter obſeruent. Quod ſi in præmiſſorum executione dicti Capitanei, Tenutarij, ſeu eorum Viceſgerẽ: remiſſi & negligentes fuerint, ſubiicit eoſdem excomunicationum ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis, in ipſos per loci ordinarios, eorumque Vicarios & officiales generales fulminandis & promulgandis, tám diu percellẽdis, quo uſque ad eorum executionẽ curauerint procedere cũ effectu. Teſtis inſuper * eſt ve- 14.
tuſtiſſimæ decimas pendendi in Polonia conſuetudinis.

Innocen-

Innocentii ſecundi Pontificis, qui poſt Chriſti fidem in Polonia receptam, annum circiter centeſimum & trigeſimum vixit, Bulla, Anno incarnatiõis Dominicæ 1136 edita, in qua iam Diæceſes in Polonia conſtitutas, & præſertim Gneſnen: cum bonis Eccleſiæ eidem attributis, nominatim commemorat, & decimas manipulares cuiusuis generis, etiã ferri, plumbi, pellium, mellis, &c. quæ ad Eccleſiam Gneſnen: ſpectabant, & antea perſoluebantur recenſet ipſasque ſuo quoque diplomate roborat & confirmat. Quam quidẽ Bullã approbat & ſe vidiſſe teſtatur Caſimirus Magnus Rex Poloniæ in ſuo illo Priuilegio Anni 1357 cuius ſuperiús mentio facta eſt. Atque ita in eorum bonorum & decimarum poſſeſſione & vſu ab illo tempore Eccleſia Gneſnen fuit; te teſtis deniquè eſt & alia Eugenii Tertii huius nomiuis, ſummi Pontificis Bulla, Anno Domini 1148. edita, & in libro priuilegiorum Eccleſiæ Vladiſlauien: comprehenſa, qua donationem factam Vernero Vladiſlauiẽſi Epiſcopo Caſtri Gdansk in Pomerania cũ decima, tàm annonæ quam omnium eorum, quæ de nauibus ſoluuntur, ratam legitimamq; decernit. Teſtes in numeræ aliæ ſanctiones & diplomata vetuſtiſſimorum Principum Prçmiſlai Ducis Poloniæ Anno 1252. item Boleſlai in Sochacew Anno 1292. Semouiti, Boleslai alterius Caſimiri, aliorumque Maſouiæ Ducum Anno 1300. & Ludouici Vngariæ & Poloniæ Regis Budæ 1355. die 24. Ianuarij, aliorumq; Poloniæ Regum recentiorũ, Eccleſijs Poloniæ ſingulariter conceſſa, quæ breuitatis ſtudio volens atque lubens

præte-

15. prætereo. Alterum verò * pro decimarum iure probãdo & asserendo, etiam illud non postremæ authoritatis videtur esse argumentum, quod ex Regum atque Principum Poloniæ desumitur exemplo. Constant omnes qui hactenus vixerunt Reges, decimas ex agris suis Regiis, Ordini Ecclesiastico dependisse, atque etiamnum hunc ipsum optimum Principem, nunc feliciter regnãtem, in promouendis iuribus decimarum strenuum zelosumque esse: prout in causa mea cum oppidanis Zatoriẽ: non ita pridem agitata, singulare specimen Maiestatem ipsius dedisse, decretum in ea causa latum, admodũ claro documento est; cuius, quo perpetua extaret memoria, tenerem hîc adicere operæ pretium visum est.

SIGISMVNDVS Tertius Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; necnon Suecorum, Gotorum, Vandalorumq; hæreditarius Rex. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest Vniuersis & singulis, citatos fuisse ad Nos iudiciumq; Nostrum, literis citationis nostræ secundæ, famatos Proconsulem, Consules, Vice aduocatum & Scabinos, totamq; communitatem Oppidi nostri ac incolas suburbij nostri Zathorien. laneorum atq; agrorum ciuilium possessores, de officijs ac bonis ipsorum omnibus, ad instantiam Venerabilis Andreæ Lipski Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis Custodis, necnon Cathedralis Cracouiensis Ecclesiæ Scholastici, Secretarij nostri. Ideo, quòd ipsi in derogationem iuriumac immunitatum Ecclesiæ Cathedralis Cracou. necnon prouentuum ex primæua fundatione diuorum prædecessorũ nostrorum, pro Prælatura Scholasteriæ Cracouien: spectantium, diminutionem, decimam manipula-

rẽ grani omnis & seminis ex agris ciuilibus pro Scolasteria Ecclesia Cathedralis Crac eiusq; Prælatis antiquitus prouenientem, ac pendi debitam, nec non recensitum actorem vigore iurium concernentem pro annis tribus inclusiuè, ab anno Millesimo sexcentesimo vndecimo, Millesimo sexcentesimo duodecimo; & pro anno Millesimo sexcentesimo decimotertio proximè præterito retinuerunt, & nõ extradiderunt, imó eandẽ temeré ac violenter vsurparunt, abq; receperunt nec eã ad requisitionẽ Actoris & antecessorum illius extradere voluerunt, pro vt citatio prafata taxam mille Marcarum Polonicalium, totidemq; damni continens, latiús de præmissis testatur. In termino itaq; hodierno iudicij relationum nostrarum propriarũ ex appellatione á sententia assessorum Iudicij nostri, per actorem ad Nos interposita, incidente, & hucusq; continuato, partibus præfatis actorea personaliter Citata veró per Honoratum Thomam Lypczynski plenipotentem suum coram nobis comparentibus, eumq; terminum attentantibus. Et actorea ex sua citatione cõtra citatam proponente, & manipularem decimam á citatis exigente. Citata pars extractu certo ex libris Beneficiorum descripto, quo prouentus tantũ in specie Ecclesiæ Parochialis Zatoriensis, nõ autẽ Scholasteriæ Crac. (cuius ibidẽ obiter tantũ modó mentio facta est) cõtinentur, nõ manipularẽ, sed pecuniariã decimã se præstare debere: Antecessoresq; Actoris Scholasticos Cracoui. in vsu & possessione manipularis decimæ non fuisse, neque eam á Ciuibus exigisse contendebat, ac in eam rem quietationes plurimorũ annorũ producebat, & ad iuramentum, quòd manipularẽ decimã nõ pendebant, prouocabat. Ex aduerso actore ex primæua Regum atq; Principum Poloniæ decimarũ fundatione probante & deducente, quód nimirũ decimæ omnis generis frugũ ab ipso Christianæ religionis in hoc Regno exordio, tam de Regalibus,

galibus, quàm de nobiliũ plebeisq; agris Ecclesiastico Ordini adscriptæ atq; applicatæ sunt, ac proinde naturam decimarum à prima origine & institutione eam esse, vt in manipulis, nõ verò in pecuniarijs repræsententur. Ex libro quoque Beneficiorum, in quo specificè omnes prouentus eiusdem Scholasteriæ recensentur, patere, olim ex Oppido Zathor manipularem decimam præstari solitam fuisse; sed postea per abusum & negligentiam Scholasticorum Crac: in pecuniàriam conuersam esse hunc tamen abusum & negligentiam Antecessorum, Ecclesiæ & sibi præiudicare non posse, & præscriptionem longissimi temporis in rebus Ecclesiæ maximè verò in rebus decimarum, quæ á secularibus (cũ sint iuris diuini) possideri minimè possint, locum non habere replicabat, & citatos pro annis præteritis, ac in futurum ad extraditionem decimæ manipularis compelli expetebat. Nos cum Consilarijs nostris lateri nostro assidentibus, audita & benè considerata, partiũ controuersia, eoq; considerato, quòd Actor ex libro Beneficiorũ Ecclesiæ Cathedralis Cracou. (cuius semper certa & indubitata apud Nos & Diuos Antecessores nostros habita fuit fides & autoritas) rescriptum coram nobis próduxit, ex quo manifestè apparet, Scholasteriæ quidem Cracouien: à primæua fundatione decimam manipularem ex Oppido Zetor attribũtam, & in prouentus illius relatã fuisse, verùm postea negligentia & abusu possessorem iniquitateq; temporũ in pecuniariã transmutatã esse. Quoniã verò in bonis, reditibus, & iuribus Ecclesiasticis, tũ vel maximè in decimis, quas Deus sibi in signum vniuersalis Dominij pro alimento seruientiũ reddi censuit, neq; abusus antecessorum, neque præscriptio longissimi tẽporis obesse potest; ideo inhærendo vestigijs diuorum antecessorum nostrorum Regũ Poloniæ, qui ab initio introductæ Dei beneficio in Regũ & receptæ fidei ac religionis Catholicæ,

bonis suis Regalibus decimas manipulares Ecclesijs á se nouiter extructis & erectis dicarunt, adscripserunt: decreuimus, pro vt decernimus Citatos Actori nõ pecuniariã, sed manipularẽ decimã præstare teneri, volumus q; vt Citati pro annis quidẽ præteritis decimo tertio, ac currenti decimo quarto, valorẽ decimæ manipularis Scholastico Crac: præstari debite, corã Actis Castren: Capitaneal: Cracouien: in octo septimanis á data præsentium computando, intramẽto duorum ẽ medio sui (quando quidem Actor illud illis refert) liquident, ibidem q; statim post præstitum iuramentum soluant & numerent, sub pœna taxe in citatione expressæ, videlicet mille Marcarum Polonicalium; & in posterum liberam decimam manipulam, rem ex omnibus agris, tam oppidanorum, quám suburbanorum, omnium frugum, tam hyemalium, quàm æstiualium, Actori permittant, neq; vllo modo impediant, quinimó in horreum ab Actore in fundo eiusdẽ Oppidi assignatũ proprijs curribus pro vt moris est in Regno, easdẽ decimas conuehant, sub eadem pœna taxæ in citatione appositæ. Habent itaq; & habituræ sunt partes terminum, citata præstandi, & decreto nostro præsenti satisfaciendi. Actorea verò illud attentandi coram præfato officio Castrẽ: Capitaneali Cracouien: in octo vti promissum est septimanis, á data præsentium cómputando. In defectu verò satisfactionis & solutionis decimæ præfatæ, coram iudicio Nostro comparendi & attentandi vlteriorem processum, & ad decernẽ: quod de iure venerit, in duodecim septimanis á data ibidem præsentium computã: quem vtrumque terminum, Nos partibus peremptorié præfigimus, assignamus, & conseruamus, præsentis decreti nostri vigore. In cuius rei fidem sigillum Regni nostri præsentibus est appressum. Datum Varsouiæ, feria sexta post festum S. Luciæ Virginis proxima, Anno Domini 1614.

1614. *Regnorum Nóstrorum Polon:* 27. *Suetici verò* 21. *anno.*

Quod sanè piissimi Regis atque Principis nostri decretũ, etiamsi de decimis nulla omninò extaret lex, loco legis meritò habendum esset. Est enim omnium gentium, ac in primis Poloniæ consuetudo, vt vbi lex scripta deest, ad exempla maiorum ac Regũ suorum maximè recurratur, ab iisdemq; quid statuendũ, aut sequendum sit, in dubijs & ambiguis petatur. Neque aliquis existimare debet meliori condione, ac maiorib' prærogatiuis bona Nobiliũ, quàm ipsorum Regum esse? cùm omnes, si quæ præcipuè in Regno, prerogatiuæ inueniuntur, vel circa Reges potissimùm sunt, vel eorum beneficio, non nisi ab ijs solis, cæteris conceduntur. Nemo autem alteri concedere quicquam potest, quod ipse non habeat. Quocirca Regibus ipsis talem immunitatem de non pendendis decimis, sibi nunquam arrogantibus, subditi multominùs eam arrogare sibi possunt; vt potè, quod quibuscunq; bonis atque libertatibus fruuntur, eas principaliter non aliundè quã à Principibus obtinent. *Si n.* inquid S. Ambrosius, *filius Dei censum soluit, quis tu tãtus es, qui sibi non putas esse soluendum?* Porrò tertium * de *Validitate* decimarum ex ipsa præscriptione firmissimum sumi potest argumentum, siquidem statutis Regni dictantibus, triennali alicuius rei possessione ius quodlibet vsq; adeò firmatur, vt nullo modo in posterum ab eo possessor dimoueri queat, prout id ex statuto Casimiri Magni Visliciæ Anno 1368. cõdito, (quod incipit *De cætero statuimus*, in verbo Præscriptio) liquidò constat. 16

Quoni-

Quoniã verò Eccleſiaſticus ordo, non iam trium annorũ ſpacio, ſed tot ſeculorum, ab ipſo Chriſtianæ religionis principio, in pacifica atque continua decimarum extituit poſſeſſione, quomodo igitur ius illud decimarum immemorabilis tẽporis præſcriptione ſtabilitum, plurimisq; poſterioribus ſtatutis approbatum, conuelli aut infirmari poteſt? Ad extre-
17 mum, * neq; illud ſilentio prætereundum eſſe cenſeo, quòd in omnibus Cathedralibus Eccleſijs, Codices vetuſtiſſimi, iiq; omni exceptione maiores reperiantur, (qui vulgò libri Beneficiorum appellari ſolent) in quibus omnium & ſingularum Præbendarum, Canonicatuum, Parochialium, & aliorum beneficiorum, dotes atq; reditus, tam ex decimis quàm ex cenſibus, aut prædijs ſeu villis prouenientes, egregio ordine, optimaq; & indubitata fide connotati reperiuntur. Extat in Baſilica quoque Cracouienſi huiusmodi liber, à doctiſſimo illo viro optimoq; ſene Ioanne Dlugoſſo maiore, Canonico Cracouien: Anno Domini 1448. ſanctè & religioſè compoſitus, atque in charta pergamenea accuratiſſimé conſcriptus; vt ex ipſius ſtyli atq; characteris vetuſtate, opus illud non nouum, aut artificio aliquo comparatũ, ſed ante tot ſecula literis traditum, quiuis facilè iudicare poſſit. Cauſam verò huius operis, hanc fuiſſe animaduerti, quòd ſub Caſimiro eius nominis tertio Rege, Polonia bellis Turcicis atque Tartaricis, poſt cladem dũtaxat illam Varnem: preſſa, opem Nicolai V. ſumini Põtificis implorauerit, atq; ab eodem decimam decimæ ab Eccleſiaſtico Ordine pendi ſoli-

solitæ, in subsidium contra Paganos postulauerit. Vt autem earum decimarum modus & ratio, melius exactiùsque constare posset, á Sbigneo Cardinali Episcopo Cracouien. prædicto Dlugosso id oneris impositum fuit, quo is per modum visitationis generalis, de vsu & possessione earum decimarũ, quę & quales singulis beneficijs tunc temporis applicatæ essent, sedulò inquireret, eaq; omnia diligentissimè literis connotata, in Archiuium Ecclesiæ eiusdem referret. Nec est quòd quispiam cauillationibus assuetus, huic vetustissimo operi, ac si nullis authenticis documentis stabilitum sit, fidem & authoritatem demere præsumat. Nam si libris Mercatorum (quæ illi Regesta vocant) maiores nostri tantam fidem adhiberi voluerunt, vt debitum in illis connotatum, siue Nobilis, siue alius quispiam, nulla ratione negare possit, (prout id ex cõstitutione Sigismundi Regis, Anno 1540. lata, quæ sub titulo Mercatores, in volumine statutorum continetur, liquidò constat) cur augustissimo huic operi, non à priuato quopiam leuioris sortis homine, sed á viro nobilissimo, omniq́ue fide dignissimo, compositio, tanto maior fides atque authoritas præstari non debeat? An maior est fides alicuius circũforanei, quàm sacerdotis, an aliquod recentium chartarum hinc inde varijs mendis atq; expunctionibus adsperfarum, quàm libri vetustate conspicui, atq; perpetua veneratione digni, maior authoritas esse debet? Pudeat nobilem virum talia cogitasse neduni proloqui; maximè verò, quòd Dlugossius rem non nouam, neq; arbitrio

bitrio suo, sed iussu & mandato sui superioris, diligenti inquisitione præmissa, quæ cuiq; Ecclesiæ seu Præbendæ tunc temporis applicatæ fuerant decimę, recensuerit.
18 Neque minor *proculdubiò librorum quoque Retaxationum fides & autoritas esse debet; nam & hi non in fauorem Cleri, sed pro vsu & commodo Reipub: conscripti esse censentur. Cùm enim pro defensione Reipub: (vt verbis statuti loquar) & tuendis finibus Christianorum ab incursione infidelium, & liberatione captiuorum de potestate ferociſſimæ gentis Tartaricæ, contributio illa in singula capita, (quæ in iure Capitatio appelari solet) in Conuentione Regni Bidgostiæ, Anno 1520. sciscereturꝰ Ordo quoque Ecclesiasticus, eam pientissimi Regis Sigismundi primi, defendendæ patriæ curam & sollicitudinem egregiam, pro modulo suo promouere cupiens, facilè, huic cõtributioni assensum suum præbuit. Ac proinde vt eó diligentior huiusmodi contributionis axactio fieret, placuit eidem, præuijs iuramentis beneficiatorum, nouam omnium beneficiorum Ecclesiasticorum taxam seu descriptionem instituere, quò nimirũ qui singulis beneficiis accesserunt tum qui successu temporis ab illis abstracti sunt prouentus, liquidò constaret. Nemo autem præsumitur voluisse tunc temporis augere beneficiorum suorum reditus, siquidem tantò maior contributio illi soluenda erat, quãto ampliora & pinguiora beneficia possideret; quemadmodum neque seculares fundorum suorum auctionem fieri libenter patiuntur, quinimò, quando publicè aliquid contribuendum

dum illis est, mox ad Regesta seu quietationes Anni 1578. tanquam ad sacram anchorã confugere solent. Vnde neq; illud quenquam mouere potest, quõd aliquando libri Beneficiorum cum libris Retaxationum non conueniant nam non nouum, neque inusitatum est in rebus humanis quòd dominia rerum tractu temporis mutentur, aut in alios transferantur variis atq; diuersis modis, ita vt quod optimo iure huic vel illi hodie competebat, cras in bonis vel dominio sit alterius. Cuius rei exempla, non solũ in Actis terrestribus, sed etiam in Tribunalis Regni, passim obuia sunt; non tamen ob istiusmodi mutationem & varietatem, Actis publicis vitium falsitatis obiici aut imputari potest. Cæterũ iura * decimarum, non (vt falsò quidam autumant) à nobilitate, aut priuatis quibusdam personis Clero, præsertim inferioris Ordinis sacerdotibus primò & principaliter attributa & fundata esse; sed ex primæua illa Regum atque Principum Poloniæ (de quibus supra fusiùs dictum est) fundatione, Episcopis huius Regni facta, dependere, atque ab ipsis postmodum cæteris Ecclesiis, pro arbitrio suo vel ad postulationem fundatorum Ecclesiarum, donata atque applicata fuisse, claro admodum testimonio Cromeri probari videtur; qui de Miecislao verba faciens, ita de his quoque memoriæ prodidit: *Decimas* inquit, *omnis generis frugum, de suis frugum iuxta ac Nobilitatis plebisq; agris, edicto perpetuo Episcopis adscribit. Inde autem inferioris ordinis Sacerdotibus, & ministris Ecclesiasticis, Prælatis videlicet (vt vocantur) Canonicis & Parochis, in sua, cuiusq; Diœcesi, certæ portio-*

tiones Episcoporum arbitrio iure sempiterno decisæ & attributæ sũt, vt essent socij, consiliarij, & administri ipsorum, in propaganda ac tuenda religione cultuq; diuino. Hæc Cromerus. Quamuis inficiari non possimus, ab Episcopis, etiam ipsis & aliis Clericis atque Nobilibus, Ecclesiis & Monasteriis diuersis, non decimas tantum sed bona quoque patrimonialia interdum attributa donataque fuisse; cuius rei si quispiam fortè de ea dubitaret, multa præclara possent adferri testimonia; nunc verò vnicum saltem diploma, illudque admodum singulare eò quòd priscam illam redoleat religionem & pietatem, hîc inserere sufficiat.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quianos, qui dispensatores Ecclesiæ sumus, ampliùs cæteris donis debemus, & quod plura de donis eius ipso largiente accepimus, eó sanè vigilatius nobis curandum est, vt quæ nostræ tutelæ credita sunt, sic studeamus procurare, vt quando messis diuina æduenerit, fructum nostri laboris mereamur percipere. Honestũ ac beatum esse constat votum imó sanctum & laudabile patet esse cõmercium, dare sua transitoria, & recipere pro his æterna, terrenna sibi displicere, & cælestia possidere. Huius itaq; tam sanctæ negotiationis amore, ego Ioannes Poloniarum Archiepiscopus, superna inspirante gratia, meduliter agnoscens decorem domus Domini, & locum habitationis gloriæ suæ diligens, simulq; in libro vitæ cum iustis conscribi cupiens, patrimonij mei liberam portionem, villas scilicet has, Rachocino, Potok, Lissakowo, Luncino, Rákowo, Tarsowa, Chorewa cum decimis suis: præterea Episcopus bonæ memoriæ Mauritius, qui eandem Ecclesiam consecrauit, & Rádosth successor suus, decimas super villas has addiderunt sub anathemate, Ossárowice, Prenczláwe, Conary, Michowo

chowo, Bechlowo, Borowa, Procopa, Lunowo, omnium bonorum largitori Domino ad gloriam & laudem, eiusq; genitrici, necnon decimam villæ, quæ vocatur Hoßyce Beato Adalberto ad honorẽ, cum intimæ deuotionis humilitate concredidi, & exinde in vna conscriptarum villarũ Brisinik, videlicet domicilium D. fieri dotari, inuestiri, cum deuoti desiderij puritate institui. Pro cuius domicilij spiritualiter disponenda gubernatione, pro continuanda ibi diuinæ seruitutis administratione, pro statuenda etiam ibidem Regularis ac spiritualis disciplinæ religione, viros quosdam spirituales, militantes Domino sub regula Beati Benedicti in Ordine sancto Cistercienſiũ, á quo sequestrata est omnis iniquitas, vel prorsus relegata impietas, prout potui reuerenter aduocaui, suscepi, dilexi, locaui. Quibus in eodem Brysynek loco spiritualiter degentibus, villas particulatas cũ reditibus earum vniuersis, in vsũ liberrimum ex tunc & inperpetuum, quasi pauperibus Christi, pauper ipse, sine vlla contradictione delegaui. Quas ergo oblationes nostræ deuotionis, pias & vt speramus Domino acceptas, ac inmemorabrana literis signari voluimus, ad notitiam successorum nostrorum, vt inuiolabile obtineant per succedentia tempora, cæram ipsi imprimi præcipimus insignitam sigillo nostræ dignitatis, & auctoritate Domini Nostri IESV CHRISTI necnon & præcipuorum Apostolorum Petri ac Pauli, ac Domini nostri Romanæ sedis Episcopi, & omnium Orthodoxorum Patrum, & nostri banni sententia eis consumationem illibatam indicimus, ne quisquam vel magnificentiæ homo, vel potentiæ, præsumat supradicta donaria aliqua ratione alienare ab Ecclesia, cui donata à nobis tanta auctoritate constant. Si quis autem in tantam mentis suæ cæcitatem ceciderit, vt post hanc nostram confirmationem adeo terribilem, prædictam oblationem quocunque modo inquietare præsumperit

pserit, sciat, se cum Iuda proditore Dómini nostri Iesu Christi sententiam æternæ damnationis subiturum, nisi forté pœnitentia ductus, cuncta ablata legaliter Eccl siæ restituat quam læsit, cum omni compesatione Canonica. Obseruatoribus verò, ac amatoribus huius nostri instituti, sit Domini pax & gaudium cum omnibus Sanctis, nunc & per infinita secula. Facta autem est hæc oblatio, siue donatio nostræ humilitatis Anno Domini *Millesimo Centesimo Quinquagesimó quarto, primæ sedis Pontificatus regimen tenente, Domino digno ac verè Beato Eugenio; necnon Boleslao Mescone, Henrico germanis fratribus, Principatum in Polonia tenentibus, multis astantibus Nobilibus, quorum hæc sunt nomina: Ego Ioannes Archiepiscopus, & Clemens frater meus. Domini Iáczo, Michora, Miechislaus, Martinus Zbiluth, Nicolaus Tribunus Comes Bogemelucium.*

20 Sed & illud * huic rei non exiguo argumento esse potest, quod etiamnum de novalibus per progressum faciendis, decima soli Episcopo non autem illi qui ex antiquis agris decimam percipit, debeatur: iuxta præscriptũ statutorum Regni, de quo vide tit: de decimis. Cui adstipulantur hac in parte etiã statuta prouincialia, vsusq; & praxis huius Regni. Vnde necessariò dicendum videtur, eas decimas, quas nũc quilibet beneficiatus possidet vel quas sibi deberi authoritate libri beneficiorum comprobat, antiquitus à superioribus Episcopis illi applicatas atque doatas fuisse, vt iam necesse non sit, de titulo seu donatione huius vel illius decimæ curiosiùs inquirere; satis est, iam abundè probatũ fuisse omnes Regnicolas ad præstationem decimarum Episcopis obligatos esse, nec quenquam ab iis immunem fieri posse. Si itaque

itaque quispiam huic vel illi sacerdoti detrect et concedere ius decimandi, vtique necessariò ad Episcopum illa pertinebit; qui cùm iuri suo derogari patiatur, nō est cur Nobilem, seu quempiam alium iuri decimandi obnoxiū id afficere debeat? Ac proinde * neque illud multùm attendi debet, quod pleriq; nescio quam præscriptionē Ecclesiastico Ordini obiicere solent, ac si ob longam intermissionem iuris decimandi, iure suo priuari debeat, ipsi verò ius illud sibi acquirant? Equidem nihil eò absurdiùs, nihilque inconuenientiùs dici posse puto, si quidem laicus, spiritualia (quale est ius decimarū) possidere non potest; sine possessione verò nemo præscribit. Quinimò, neque libertatem à solutione decimarū, præscriptione aut consuetudine, aut alio quopiam modo laicus consequi potest, idque ob eam rationem, quia ius diuinum aut naturale per consuetudinem & per consequens per præscriptionem tolli nō potest, etiamsi mille anni transierint, secundùm Ioannem Andr. in cap: 2 de Præbend. lib. 6 per text. in cap: *Causam*, extra de præscriptionibus. Quod eò minus locū habere debet, si per vim & iniuriam (sicut plerumq; apud nos fieri solet) huiusmodi iura decimarum ab Ecclesiis abstrahantur. Atque hæc de iure decimarum Ecclesiastico Ordini, diuino & naturali iure debitarum, statutis atque priuilegiis Regū & Principium Poloniæ adscriptarum, vsu denique & præscriptione tot seculorum roboratarum, dicta sufficiant.

2

Quodsi * quispiam fortè prolixitatis in hoc tractatu pertæsus, metas instituti

22

mei me excessisse redarguat, is non frustra me huic labori, mihi alioquin etiam multum operoso tantum insudasse sciat velim. Cùm n. tot Aduersarios Ordinis Ecclesiastici, tot impugnatores iuris decimarum tot deniq; Cleri accusatores, qui graues minime q́ue tolerandas exactiones, atque insolita quædam sibi à Clero imponi onera temerè queritantur, in hoc Regno reperiri animaduerterem; cum verò, qui scripto aliquo in lucẽ edito, æquissimam hanc Ordinis Ecclesiastici causã defenderet, neminem (præter Anonymum quendam) esse scirem; optimo pietatis atq; iusticiæ zelo ductus, hunc laborem necessariò subeundum mihi eaq́ue omnia paulò altiùs repetenda esse duxi, vt nimirum hac ratione, vel ii saltem, qui non odio in clerum, sed fortassis quadam ignorantiæ culpa laborant, re meliùs intellecta, causę huius æquitatem compertã exploratamq́ue habeant atque in posterum huiusmodi querelis, accusationibusq́ue Cleri abstineant. Nam alioquin, qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo omittunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium comm ttũt leg: 1 Cod: de crimine sacrilegij.

QVÆSTIO II.

Suspensio decimarum ad cõpositionem inter status, an iuribus Ecclesiastici Ordinis derogare possit, necne?

SVMMARIA.

1. *Constitutiones Anni 1578. & Anni 1581. an derogent iuribus Ecclesiæ antiquis.*
2. *Compositionis definitio iniqua,*

&

& á vero sensu aliena.

3. *Legum antiquarum abrogandarum modus.*

4. *Obiectio, quòd stante compositionis termino, decimas repetendi non videatur facultas esse concessa.*

5. *Terminorum prorogandorum in praxi duplex modus.*

6. *Suspensio decimarum, post peracta prima Comitia Regni meritò expirare debuerat.*

7 *Absurdum quale foret, si cõpositio de decimis, arbitrio decimas debentium committeretur.*

8. *Constitutionis Anni 1581. verba quid in se contineant.*

9 *Recessu anni 1588 compositioni faciendæ, proximè sequẽtia Comitia assignantur.*

10 *Compositioni tacita Status secularis dissimulatione, videtur esse renunciatum.*

11. *Constitutiones recentiores de compositione facienda, cur suum non fuerint sortitæ effectum?*

12 *Protestatio Ecclesiasticorum quòd non per illos steterit, quominus compositionis negotium ad effectum deduceretur.*

ET iam illud vulgò iactare quidam solent; Constitutionem nouam compositionis inter status faciendæ, á Stephano Rege in conuentione generali Varsouiensi, Anno Domini 1578 promulgatã, atque postmodum abeodem Rege Anno 1581 repetitam, antiquis Ecclesiæ iuribus derogasse, atque ita illis legum vinculis se iam solutos esse; siquidem posteriora in iure ligant. Eam verò compositionis posteriorem legẽ nec nõ obligatoriam esse, nec iudicialem, imò vim omnem superiorum in ea materia, legum legali obligatione ac necessitate exutam, in solum consẽsum & liberum arbitriũ partium esse translatam, vel ipsi compositionis natura declarat, quâ decimarum actiones, ab omni 1.

ab omni foro & iudiciis sunt excluſæ. Vnde concludunt, omni iure atqne; aditu ad repetendas decimas ordinem Eccleſiaſticum iſtis legibus recentioribus, non ſolùm penitus eſſe priuatum, ſed neceſſariò expectandum illi eſſe huius compoſitionis exitum. At nè quiſpiam fortè tã ſpecioſa eorum, qui multum ſibi arrogant libertatis argumentatione in errorẽ manifeſtiſſimum inducatur; tam conſtitutionem ſuperius cõmemoratam, quam ipſius verbi cõpoſitionis vim & interpretationem, penitiús cognoſcere operæ pretium eſt.

2. Puto * quemlibet mediocris etiam iudicii hominem facilè perſpicere poſſe, quam ſit iniqua, & à vero ſenſu aliena, eiuſmodi compoſitionis definitio, ex ſolis verborum aucupiis concinnata. Illis ẽim conſtitutionibus quid aliud præſcriptum eſt, niſi vt exequutio decretorum de decimis, ex bonis hęreditariis Nobilium, (iure cuiuslibet in eo ſtatu prout nunc eſt permanente) transferatur ad cõpoſitionem in proximo Conuentu perficiendam. Quoniam igitur Conſtitutiones prædictæ, differunt tantum modò, & ſuſpendunt decimarum cauſas & actiones in aliud cõmodius tempus, idque inſuper tali caucione adhibita, nè videlicet tali prorogatione termini, ius alicuius partis de ſuo moueatur ſtatu; id circò non video, quâ fronte eas iuribus Eccleſiaſticis derogare, vel de authoritate veterum legum detrahere, aut denique aliquid noui ſtatuere voluiſſe, quiſpiam affirmare audeat?

3. Leges * ſiquidẽ non alio, quã quo conſtituuntur modo, id eſt per verba aperta, plana, expreſſa, rem & ſententiam explicantia, & non

per

per subtiliores aliquas interpretationes abrogari solent. Vnde consequens est, posteriores leges eatenus derogare prioribus, quatenus priores contraria lege posteriori specialiter & nominatim abrogatæ fuerint. Quæ quidem sententia, eleganter explicatur priuilegio confirmationis Stephani Regis in Conuentione generali Coronationis ipsius, Anno 1576. factæ, cuius is est tenor: *Quoniam* inquit, *Antecessores nostri suarum constitutionum á fundamento confirmationis iurium initium sumebant, nè per nouas sanctiones vetera loco suo moueri videantur, ideo nos nolentes ea in dubium vocari, vestigijs antecessorum nostrorum insistentes, omnia iura, priuilegia, confirmamus, approbamus, &c.*

4. At sagacior * fortè quispiam etiam illud hic obiiciet; quòd etsi expressè his legibus sublatum non sit ius repetendarum decimarum, cùm tamen stante eo compositionis termino, rem prosequi licere non sit permissum, prouetito id esse habendum. Facilius admodum, eaq; per se plana adhæc solutio dari potest. Si n. alicui vetera eaq; integra constant iura, quid in promouendis illis noua concessione opus est? Non nouum sanè eiusmodi prorogandorum terminorum seu suspensionum modum, quin nimó inter priuatos quoque vsitatissimum esse, praxis continua docet.

5. Quod * ex statuto Sigismundi Regis anni 1522. sub litera *Termini*, euidentissimé liquet; vbi duo genera harũ suspensionum præscripta habemus; Vnum, cùm Iudex competens motu proprio ex certis respectibus, causam inter partes litigantes ad aliud iudiciorum tempus differt. Alterum, cúm de consensu & voluntate partium, itidem

transfertur terminus in aliud tempus. Quo vtroq; casu, id potissimum edici solet, nè ius partium lædatur, sed saluum integrumq; permaneat. Ac proinde, sicut in priuatis terminorum prorogationib⁹, elapso tempore dilationis, ad prosequendam continuandamque causam, sine præiudicio iuris sui partes admittuntur; ita quoque in hac publica (vti asseritur) decimarum suspensione, non est cur Ecclesiasticus ordo, de noua aliqua ius suum prosequendi facultate, nimiùm anxius sollicitusue esse debeat?

6. Verumenimuerò *postquã prima Regni Comitia compositioni huic assignata, post illam Regis Stephani Constitutionẽ prꝛterierant, suspeusionem istam iam penitùs exspirasse quis dubitare potest? Id enim cùm ex ratione apertissima, tùm ex verbis ipsius constitutionis plenissimé ostenditur. Ratio est, quia alioquin absurdissimũ id foret, si non proxima Comitia, sed incertum compositionis tempus ea suspensio relinqueretur, ita nimirum, vt nisi finita quandocunque compositione, Clero ad iustitiam aditus patere debeat.

7. Hoc enim * ex eo sequeretur, quòd cùm ea compositio, illorum qui iuri decimarum sunt obnoxij, consensum & voluntatem necessariò requirat, possent ipsi in perpetuum dissentire, nè cõpositio illa effectum sortiretur, atque ita ius decimarũ, vel per indirectum eluderetur, vel penitus aboleretur. Quo quid alieniùs, quidue absurdiùs dici potest? Quis enim rerum suarum tàm prodigus esse censebitur, qui rei debitæ solutionem, arbitrio sui debitoris committere velit? alioquin idem fortè euenitet

niret illi, quod cuidam, eligendi stipitis in quo strangularetur, facultatem ipsi facinoroso tribuenti, accidisse memoratur.

8. Quantum * verò attinet dictæ Constitutinnis Anni 1581. ipsa verba, neminem esse arbitror, qui in alium sensum ea retorquere possit, quàm quòd ad proxima Comitia referantur; cùm expressè ibi dicatur. *Exequutionem decretorum de decimis ex bonis Nobilium, ad alterum Conuentum suspendimus, vbi etiam compositio fieri debet, sine præiudicio vtriusq; partis.* Quod si illa verba ad alterum Conuentū, nō de proximo, sed de tertio, quarto, quinto, aut deinceps in infinitum accipienda forent; vereor nè contra vulgatissima & certissima iura id fieret, quæ omnes & singulos actus prima vice terminari, & infinitatem in iure aprimè vitandam esse præscribunt. Sed & ilsud huic interpretationi, quod ibidem adicitur: *in quo Conuentu fieri debet etiam compositio*, optimè conuenit. Nam si ad compositionem quandocunque futuram, & non ad certum Cōuentum fieret ista suspensio, nihil certè adiiceret hæc ipsa clausula. Sic dictio *etiam* quā vulgó constat alterius rei esse implicatiuam, minimè quadraret. Ac multó etiam minus quadrarent vltima illius constitutionis verba, *sine præiudicio vtriusq; partis.* Nemo enim existimabit vnquam, absq; Cleri præiudicio fieri posse, vt suspensio solutionis decimarum, pro debitorum arbitrio in infitum protrahatur.

9. Sed esto sané * quod illa verba *ad alterum Contentum*, in contextu dictæ Constitutionis, non de proximo, sed remotiore aliquo Conuentu intelligi oporteat, quid iam

Cōstitutioni (seu recessui (vt vulgò vocant) Anni 1588. in Coronatione Sereniss: mō derni Regis promulgato, obi jci qneat, non video? vbi expressè & notinatim id cauetur, quòd compositio toties nominata, in proximè sequē tibus Comitijs determinari debuerit. Licet verò Comitia sequenti statim anno, puta 1589. Varsouiæ celebrafuerint, nullum tamen ea cōposito nedum exitum habuit, sed neque vlla ab istis suspensionis sepius commemoratæ assertoribus, eius rei facta fuit mentio.

10 Vnde necessario * dicendū videtur, illos hac sua tacita dissimulatione, huis iuris beneficio pro se (vt illi existimant) introducto renunciasse, atque eo facto, finitam sublatamq; iam penitùs esse dictam suspensionem, agnouisse. Atqui certè satis hoc esse deberet, vt nè amplius in posterum Ordini Ecclesiastico obiectaretur hæc suspensio, vtq; iam tandem iurisdictio Ecclesiastica reassumeretur, & Capitanei officij sui memores, sententias illorum præsertim pro decimis latas exequerentur; sed nescio qua ratione, hoc Lernæi istius monstri caput, iurrs atque iustitiæ telo, toties præcisum atque iugulatum, tam facile reuiuiscat. Nam * & recenti- 11.
oribus aliquod Comitiis, ma maximæ verò Anni 1607. item Anni 1609. eandem cantilenam de compositione repetitam fuisse liquido constat; vbi non iam proxima Comitia, (quemadmodum in anterioribus legibus fieri solebat) sed certum atq; determinatum tempus, putá dies Diuo Martino Episcopo & Confessori sacratus, eiusdem anni, perficiendæ huius compositionis causa, authoritate publica præscriptus fuit. Etsi

Etsi verò Clerus huius Regni, pro tempore dieque assignato, Varsouiam (vbi negotium hoc tractari debuerat) frequens admodum cõfluxisset; attamen secularis status vel culpâ vel negligẽtiâ id euenit, quò re infecta (præmissa tamen prius ab Ecclesiasticis solenni protestatione) inde discessum sit.

12. Eius verò * protestationis, (nè cui res hæc ignota esse videatur) exemplum, consultò hìc adiicere volui, cuius is est tenor: *Coram Officio & Actis præsentibus Castrn: Capitaneal: Varsouien. constituti personaliter Illustrissimi & Reuerendissimi* Domini, *Petrus Tylicki Episcopus Cracouien. Albertus Báránowski Episcopus Vladisluien: & Pomeraniæ, Laurentius Gębicki Episcopus Culmensis: necnon Reuerendi Nicolaus Pacz Episcopus Metonien: Suffraganeus Vilnen. Michael Maliszowski Abbas Sanctæ Crucis, Stanislaus Romiszowski Abbas Paradisien. Franciscus Lipski, Adamus Nowodworski Canonici Gnesnen. Albertus Báránowski de Báránow Præpositus Kościelnen. Albertus Drwalewski Cnstos Curzelouiensis. Valentinus Wárgocki Decanus Leopolien. Hieronymus Rączáysky Archidiaconus Cracouiensis. Nicolaus Dobročieski, Andreas Lipski Cananici Cracouien. Paulus Sczerbic Præpositus Sandomirien. Ioannes Albertus Grochocki Præpositus Vladislauien. Baltazar Miaskowski Archidiaconus Pomeraniæ, Nicolaus Iasinski Cantor Vilnen. Ioannes Gorski Archidiaconus Pultouien. Melchior Eliasowić Parochus Crosnẽ. Mednicen: Diœcesis; suo, & aliorum ex omnibus Diœcesibus, ad negotium infrascriptum deputatorum nomine, solenniter protestati sunt. Quia ipsi, né Constitutioni Conuentus generalis Varsouien. proximè præteriti citra tamen approbationem quarundam Constitutionum in ijsdem Comitijs in præiudicium,*

Ordinis Ecclesiastici, inuitis, imò insciis & non consentientibus Senatoribus eiusdem Ordinis vniuersis latarum) defuisse viderentur, quâ vtriq; statui, tam videlicet spirituali, quàm seculari, sanctũ est, vt spirituales quidem ex Diœcesibus suis, seculares verò ex Palatinatibus deputatos suos, in pari numero, Varsouiam profesto Sancti Martini proxime præterito mittant, ad tractandum negotium compositionis inter status spiritualem & secularem, iam inde á multis annis motum, & aliquoties diuersis temporibus tractatum; nouissimé autem, modo quo supra dictum est, pro die & tempore superius expressis institutum. Habitis primùm per omnes Diœcesis Synodis, indicta etiam Synodo generali Prouinciali Petrciouien. non parcendo molestijs & sumptibus, his vndique periculosis temporibus, huc Varsouiam in pleno ex parte sua numero conuenerunt, paratiq; fuerunt ad omnia, quæcunque ad complanandas differentias vtriq; inter status spiritualem & secularẽ exortas, reimendamq; charitatem fraternam, & Reipublicæ tranquilitatem spectare viderẽtur. Sed cùm iam rem ipsam aggredi instituerent, animaduerterentq; magnã partem deputatorum secularium, tam ex Senatorio, quàm Equestri ordine ex præcipuis Palatinatibus, quos potissimùm hoc negotiũ compositionis concernere videbatur, desiderari: ita vt qui præsentes aderant, obstante maioris partis absentia, nihil se posse in eo negotio tractare, iudicarent. Ordoque spiritualis videret, ad eam cõpositionem totam fere partem, cum qua negotium compositionis tractandum erat, abesse. Magno cum animi dolore á re toties tentata supersedere coacti sunt. Quapropter quemadmodum in consensu cõmuni coram ijs, qui præsents aderant protestati sunt, ita iterum atque iterum, coram Officio præsenti solenniter protestatur, tam suo, quàm totius Ordinis Ecclesiastici Regni Poloniæ, & Magni Ducatus

catus Lithuaniæ nomine, quód non per illos stetit, quominus præmissa effectum suum sortita fuerint, sed per eos, qui ex Ordine seculari ad tractandum negotium præfatũ non conuenerunt; præcauendo hac in re indemnitati iuris sui, quód hîc & vbiq; quolibes loco & tempore, coram quibuscunque instantijs & iudicijs, saluum & integrum esse volunt. Quæ quidem protestatio ad Acta præsentia suscepta est Actum &c.

Hinc itaque facilè iudicari potest, cuius culpa id acciderit, quominus dictæ compositioni finis impositus fuerit; Ecclesiasticis certé, vel ob eam causam adscribi ea culpa non potest: siquidem & si huic compositioni, (que de rebus tantùm controuersis ac dubiis, non autem de certis, & iusto atque proprio iure, ad aliquem pertinentibus regulariter fieri solet) legibusque de ea sancitis nunquam consenserint, quinimò expresé & solenni ritu contradixerint; attamen fraternæ charitatis cum Statu & Ordine seculari conseruandæ causâ, etiam hac in parte illi hanc gratiam præstare cupiebant, si non tot variis artibus simulatæ huins compositionis negotium, toties elusum fuisset. Quare, vt hauc totam disputationem de compositione, einsque prole genuina suspẽsione concludam, nihil magis sacris præceptis atque in- 12
stitutis, Regniq; legibus consentaneum, nihil rectæ rationi conducibilius, nihil deniq; Christiano homine dignius esse existimo: quám vt decimæ, quibus iure debentur, sine fastidio, atq; scrupulosis istiusmodi quæstionibus õissis, dependantur. In quo, si nõ duros nec difficiles nos præberemus, & affluentiâ omnium rerum ipsi abundaremꝰ, & Clerꝰ á talibus vexationibus immunis, Dei ministerio

sterio vocationiq; suæ impē sius vocaret *Maiores ēim nostri* inquit sanctus Augustinus *ideó copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum redebant; modo autem, quia discessit deuotio Dei, ac, cedit indictio fisci. Noluimus partiri cum Deo decimas, modó autē totum tollitur.*

QVÆSTIO III.

De Iurisdictione Ecclesiastica, & an causæ de decimis coram seculari Iudice tractaridebeant?

SVMMARIA.

1. *Clericus potest conuenire laicū coram Iudice Ecclesiastico.*
2. *Decimarum causæ ad forum spirituale pertinet.*
3. *De decimis quatenus agitur iure petitorio, censentur pro re spirituali, secus, quando agitur possessorio.*
4. *In Regno causas de decimis soli Iudices seculares cognoscunt.*
5. *Iurisdictio Ecclesiastica quo modo olim Ordini sacro constabat*
6. *Statutum Sigismundi Regis anni 1543. abrogatam sit, necne?*
7. *Adnotatio compilatoris Statutorum Regni, de obrogatione Statuti Anni 1543. quomodo intelligenda sit?*
8. *Constitutiones quædam Statuto Herborti adiectæ, non vsq; adeò receptæ sunt.*
9. *Inhibitio Sigismundi Augusti Regis, Anni 1565. executionem decretorum de decimis prolatorum, impediuisse videtur.*
10. *Modus atque forma condendarum legum in Polonia.*
11. *Inhibitioni Sigismundi Augusti Regis, ordinem Ecclesiasticum contradixisse, probatur.*
12. *Authoris conclusio, quód ob iurisdictionem Ecclesiasticam impeditam grauissimis sceleribus fenestra aperiatur.*

Regu-

1. REgulariter * Clericus potest conuenire laicũ coram Iudice Ecclsiastico, quando agitur de re Ecclesiæ vel Clerici; per textum in cap. *Si Clericus* 5. tit: de foro competenti. Ratio est, quia ex mala detentione, quæ in dubio præsumitur, ex quo res est Ecclesiæ, pro sacrilegio censeri debet; prout in cap. *Cùm sit*, 8. in verbis: *In fauorem Ecclesiæ est introductum, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores, possint sub quo voluerint Iudice conuenire*: tit: de for. comp: disponitur. Sacrilegium verò crimen esse Ecclsiasticum cap. in Canonibus 57 caus. 16. q. 1. probatur.

2. Ac proinde, * quia decimæ sunt res spirituales, & reditus Ecclesiæ, per textum in cap: *Tua* in verbis: *Porrò, cum laicis nulla sit de spiritualibus condendi vel disponendi facultas, imperialis concessio, quantumcunq; fiat generaliter, nemenem potest à solutione decemarum eximere, quæ diuina constitutione debẽtur*, tit: de decimis, primitiis, & oblat: iure merito decimarum cotrouersiæ, ad forũ spirituale, seu ad Ecclesiasticum Iudicem, pertinere debent, siue reus sit clericus, siuè laicus, per textum in cap: *Dispendiosam*. Clement. de Iudic: & in cap. *Literas*. de iuram: calum: & tot tit: de decimis Fallit enim illa regula, quod Actor sequi debeat forum rei cap: *Cumsit*. 8. tit: de foro competendi.

Quod tamen * eatenus verũ esse dicendũ videtur, quaten⁹ de iure, (an videlicet decimæ debeantur) non autẽ de facto, quæstio est. Nã si controuersia incidat, de tardata vel prorsus de negata solutione decimarũ, de eo Iudex quo q; laicus rectè cognoscere potest, quia decimas nõ esse solu 3.

tas, quæstio meri facti est, per tex: in l. asseruatio Cod. de non nunrat: pecun. Et ita communiter D. D. tenent, id que ex anthoritate glossæ, in cap: *Literas.* de iuram: calum: quæ asserit, possessionē etiam quarumcunq; rerum spiritualium, non esse spirituale quid, sed temporale; quia licet respectu Ecclesiæ agatur non tamen de jure spirituali quæstio est, sed tantū, super facto quæritur, an talis vel talis Clericus fuerit in possessione percipiendi decimas: argum: cap: fin: tit: de iudic.

4 Cæterum apud nos * in Regno, hoc præsertim rerum statu, quo ferè status Ecclesiastici deterior conditio facta videtur, licet summo quodam iure, causæ de decimis vtroque casu, tam videlicet in petitorio, quam in possessorio, coram secularibus Iudicibus agitari soleant: id tamē contra iura Regni, perpetuamque consuetudinem fieri certissimum est.

Olim siquidem * iudiciū 5 de decimis, sicuti & de alijs ad religionem pertinentibus causis, nulli allij, præterquam Ecclesiastico Ordini competisse clara & admodum euidenti Regis Sigismundi lege, Cracouiæ, Anno Domini 1543. (quæ in Statuto Herborti, sub verbo, *Spiritualis*, extat) sancita, sufficientissimé probatur. En ipsa legis verba clara & perspicuna. *In primis*, inquid Sgismundus Rex *ad spirituale iudicium pertinet iudicare differentias religionis, hæreses videlicet, schismata blasphemmias contra Deum, & Apostasias, pro decimis, septem Sacramentis Ecclesiæ, veneficijs, Sacrilegijs, & Simonia, &c.* Quinimò vt præfecti arcium (quos nostri Capitaneos vocant) decreta seu censuras Ecclesiasticas, eo nomine contra vsurpatores seu detento-

per-

perres decimarũ promulgatas, omnino exequi tenerentur, iam olim Vladislaum Iagellonem Cracouiæ Anno 1433. & post modum Casimirum filium ipsius Petricouiæ Anno 1458. statuisse, expressa Statuti verba declarant: quæ sic se habent: *Nos igitur* inquit Vladislaus, *qui intensis desideriis prædecessorum nostrorum exemplo, tanquam tutor & conseruator iurium, libertatum, & priuilegiorum in Ecclesia, personarumq; sibi subiectarum, propagationem libertatis Ecclsiasticæ ex debito affectamus, ad executionem debitam statutorum huiusmodi procedere cupientes; (cum frustra conderentur leges, nisi executioni debitæ demandorentur, ex quo etiam, quos timor Dei & mucro spiritualis á malo non reuocat, pœna temporalis debet coercere) præsenti nostro Regio decreto, de cõsilio & vnanimi Prælatorum & Baronũ nostrorũ voto, scientia & assensu, volum⁹ decernim⁹ & firmissimè & irrefragabiliter perpetuò obseruari pollicemur, statuimusq;, & ordinamus, per præsentes: vt dum aliquis indigenæ Regni nostri, cuiuscunq; status & conditionis existat, propter raptũ decimarum, vel aliorum rerum Ecclesiasticarum occupationem, aut ratione excessuum quorumcũq; siue etiam in contumatiam, de non parend iuri, & mandatis Sanctæ Ecclesiæ, sententia excommunicationis iustè fuerit innodatus, ipsaq; vltra annum legalem, pertinaciter sustinuerit nec curauerit ad gremiũ S. Matris Eccl: redire, & pro excessu debitã emendã exhibere: extunt Anno huiusmodi elapso, omnia bona eiusdem excommunicati, mobilia & immobilia, quæ tunc possideret. debent recipi per locorũ Capitaneos, quibus subiacent, & apprehendi, tenenda & possidenda tã diu per Capitaneos huiusmodi. quo usque per eosdem excommunicatos, vel Capitaneos memoratos, de huiusmodi bonis damna vel valor rei ipsis læsis vel iniuriam passis, plenarie exoluantur. Quibus solutis, bona præ*

na præ libata præfatis excommunicatis, non nisi absolutis, decernimus vicæ versa restituēda per Capitaneos prænotatos. Mandamus igitur omnibus & singulis Regni nostri Capitaneis, & Vicæ gerentibus eorundē, quatenus ad cōpescendā taliū excommunicatorum pertinatiam, duritiam, & temeritatem præmissa nostra saluberima decreta executioni debitæ debeant demandari per petuò & in æuum, totiens, quotiens per prælatos, aliasq; personas tam Ecclesiasticas, quàm Seculares, super hoc fuerint requisiti & moniti. Quod si præfati Capitanei, Tenutariiq; nostri, aut loca tenentes eorundem, pro tempore existentes. in executione præmissorum tardi fuerint. vel negligentes; extūc ipsos omnes, probuiusmodi negligētia per loci ordinarios iaculo anathematis indulgemus feriendos. Alexander quoque Rex expressē testatur, se ad informationem subditorum suorū, spiritualium & secularium, decisionem de corpore iuris, & de libris Ecclesiæ Doctorum, super statuto Prouinciali Guesnen: de raptu decimarum, & inuasioue bonorum, tum & violctione personarum Ecclesiasticarum, per Venerabilem Nicolaum Kotficz Archidiaconum Posnanien: & Canonicum Gnesnen: collectam, Priuilegljs communibus adscripsisse; prout id instatuto, sub litera *Spiritualis* videre est. Quid quæso his sanctionibus potest extare liquidiùs & euidētiùs? & ne quis minus legitimas eas appellare possit, ipsi Principes omnium Ordinum consensu latas esse asseuerant, atque etiam in librum statutorum relatas, vt cæteras omnes, ita & has quoque vniuersi Ordines suo suffragio comprobarunt. Extat etiam apud Dlugósium, clarissimū & vetustissimum hnius rei testimonium, cnius inquæstione præcedenti facta est mentio

tio. Cùm ēim tempore Boleſlai Regis, Anno videlicet 1022 Nobiles quidam, decimarum pendendarum conſuetudini refragarentur, nec Eccleſias frequentarent, (verba ſunt Dlugoſſi) miniſtros & ſacerdotes de eorum Eccleſiis pellerent: Boleſlaus Rex, gliſcentem conſpirationem in ipſo ſuo exortu, extinxit, nemine eum impediente, quin adiuuantibus potiùs vniuerſis, authores illi' (inquit idē) miſſis militibus comprehēdit, & capita conſpirationis, partim capitali ſupplicio extinxit, partim verberibus mulctauit. Ex his omnibus liquet Ordinem Eccleſiaſticum ſine omni controuerſia, iuriſdictionem ſuam, maximè verò, in cauſis decimarum, iam inde á tempore ſuſceptæ religionis exercuiſſe. Cuius rei ex vetuſtiſſimis Poloniæ Regum, & aliorun Principum priuilegiis, tum ex munimentis, Actisq; publicis, plurima poſſent adferi teſtimonia, quæ breuitatis ſtudio lubens prætereo. Equidem * non ignoro, ſciolos quoſdam abrogationēm dictorum iurium & Conſtitutionum, præſertim verò illius Statuti Sigiſmundi Regis Anni 1543. allegare, coque argumento, tanquam validiſſimâ aliquâ machinâ, iura & priuilegia, atque adeò iuſtiſſimam hanc Ordinis Eccleſiaſtici cauſam expugnare, & penitus conuellere velle. Statutum (inquiunt illi) Sigiſmundi Regis Anni 1543. abrogatum eſſe conſtat, per filium ipſius Sigiſmundum Auguſtum Regem, idq; Conſtitutione Anni 1550. per ea verba: *Ad petitionem Nunciorum Minoris Poloniæ, Statutum Anni 1543. in ſuo robore reſeruamus ad alium Conuentum, quouſq; aliquid melius iure communi ſtatuamus.* Demirari certè ſatis nequeo,

istos talia comminiſci, quaſi verò hoc pacto abrogari ſoleant leges, per ea nimirum verba, *in robore conſeruamus*: quin potiùs, iſtis verbis Conſtitutiones prædictæ, tanquam denuo latæ, ac reuera confirmatæ, cenſeri debent. Ea enim verba ex generali confirmatione, rurſum per Sigiſmundum Auguſtum in Conuentione generali Petricouien: eodem Anno 1550. facta, excerpta eſſe videntur. Quod autem attinet, vltima eiuſdē conſtitutionis verba, *quousq; aliquid melius ſtatuamus.* Nec iſta dici poſſunt abrogatoria. Neque enim talis eſt abrogandæ vnius alicuius legis forma, ſed omnium optimarum legum conditio, vt tam diu valeant & obſeruentur, donec meliores atque vtiliores inuentæ fuerint, quæ quoniam in hac materia, nec meliores, nec deteriores aliquæ ſunt poſterius latæ, ideò priores iure merito in ſuo robore permanere debēt; non enim temeritate hominū, dignitas legum amittitur.

Verùm * adhuc, prædictas Conſtitutiooes eſſe abrogatas iidem contendunt; quòd in libro Statutorum ab Herborto digeſtorum, in calce ipſius libri, ſeu potiùs in charta extrema libro applicata, per Authorem, vel (vt quidam exiſtimant) Typographum, in admonitionib' ad Lectorem, circa ipſum vale, annotata ſint hæc verba: *Porró quanquam Conſtitutiones Anni Domini 1543. abrogatæ ſint, non tamen eas ſuppri mendas eſſe patauimus: propterea, quód aliquando latæ fuerant: tandē vale, operæ noſtræ nō ingratus.* O validam & perquam grauem probationem Typographum vel vt hoc etiam ipſis concedamus, authorē ipſūm extra codicē Statutorū, quinimò extra margines libri titulo

& ca-

& capite nullo, nulla, allegata authoritate, ex solo rumore, seu potiùs opiniõe aliqua, fixisse vel refixisse legem qui etiamsi millies annotasset, latam vel abrogatam esse aliquam legem, nou autem expressisset, è quo Rẽge, quo tempore, | quo in | loco lata, vel abrogara esset; tale scriptum tanquam priuatum, & nullo fundamento nixum, nullam quoque authoritatẽ acquirere posset. Non enim authoris censura, neque typi imponunt, nomen legibus, sed legittima authoritas Regia, & consensus omniũ Ordinum: sola efficiens est legũ causa. Hæc illis vim & authoritatem plenam tribuunt, etiamsi non typis excusæ, sed manu scriptæ leges fuerint. Cuius sanè * rei, etiam illud 3. non postremum argumentũ esse potest, quod in libris Statutorum eiusdem authoris, nouiter Zamoscij Anno 1597 excusis, ad calcem libri, post ipsam conclusionem statutorum ab authore factam, singulares quædam leges, á Magnifico viro Domino Ioanne Felicæ Herborto, dicti âuthoris filio, in publicem prolatæ, huic eidem codici Statutorum adiectæ adscriptæque sint; quæ etsi ex vereribus (vti ibidem | asseritur) legum codicibus excerptæ, tempus, locum, & authoritatem Regum adscriptam habeant, Regnicolisq; apprimè vtiles, & necessariæ videantur; attamẽ quia exrra volumen ipsarum legum, atq; adeò extra corp? dictorum Statutorũ adiectæ sunt, paruam, aut omninò nullam in iudiciorum subselliis, fidem, authoritatemque illis dari videmus. Quantó igitur minoris, vel potiús nullius authoritatis esse debent eá, quæ in extrema charta, etiam post adiectionem repertarum legum, incertum ab authorenè,

authorené, an à calcographo adscripta sunt. Sed his ad-
9. huc* fortè non contenti, isti ordinis Ecclesiastici suggillatores, inhibitionem Sigismũdi Augusti Regis, Anno 1567 Petricouiæ editam, quâ ille vetuisse visus est, ne decreta iudicii spiritualis, Capitanei exequerentur, audacter & cũ tripudio quodam obiicient? At simul fateantur necesse est hanc siue inhibitionẽ, siue Cõstitutionem potiùs dici malunt, legibus Regni, priuilegiis Cleri, adeoque iudiciorũ iuribus, repugnare, nullamq; vim habere, ad leges antiquas sanctè atque religiosè latas abrogandas. Si enim edictum illud Sigismundi Regis inhibitio est, prout reuera (siquidem ius & iustitiam, in grauamen & præiudicium quærẽtium fieri prohibet) rectè eo nomine appellari potest, illã ex diametro repugnare Casimiri, Ioannis Alberti, Alexandri, & Sigismundi Regũ, atque adeò ipsius Stgismundi Augusti legibus, de inhibitionibus in iudiciis non admittẽdis promulgatis. quæ in Statuto, sub verbo *Inhibitio*, recensentur. Vnde etiam tùm, cùm esse ceperat, nullius roboris nulliusuè momenti eam fuisse, & nunc quoque inualidã esse, quis dubitare potest? Quod si mutato edicti seu mandati huius nomine proprio & conuenienti, non inhibitionem, sed constitutionem magis appellare lubeat, non video qua ratione nomen authoritâtemque publicæ legis ea sortiri possit? Si quidem* 10 antiquissimis huius Regni moribus, modus atque forma condendarum legum, ea præscripta sit, vt nonnisi, illæ, quæ de consensu omnium Ordinum, tam videlicet Spiritualium, quàm Secularium constitutæ sunt, vim legis habeant, & pro iustis atque

atque legitimis Constitutionibus reputentur. Longum esset singularum legum verba & sententias adducere, minusque necessarium videtur; sunt enim sub vno eodemque titulo, in codice Statutorum, sub verbo *Constitutio*, comprehensa; vnum saltim illud Alexandri Regis decretum, in Radom: Anno 1505. latum, probande eius rei causa, hic adiicere lubet, cuius hæc sunt verba. *Quoniam iura communia & Constitutiones publicæ, non vnũ sed communem populum afficiunt, itaq; in hac Radomiensi Conuentione, cum vniuersis Regni nostri Prælatis, Consiliarijs, Baronibus, & Nuncijs terarum, æquum & rationabile censuimus, ac etiam statuimus, vt deinceps futuris perpetuis temporibus, nihil noui constitui debeat, per nos, & successores nostros sine communi Consiliariorum, Nũtiorum terrestrium consensu, quod fieret in præiudicium grauamenq; Reipublicæ, & damnum atq; incõmodum cuiuslibet priuatum, ad innouationemq; iuris communis, & publicæ libertatis.* Quod itidem Sigismundus primus Rex, Anno 1538. Petricouiæ cõprobat his verbis: *Constitutiones nouas, non nisi cum Consiliariorum (puta spiritualium & secularium) ac Nunciorum terrestrium consensu, secũdũ Statutũ Alexandri faciemus.* II. Eius* verò inhibitionis, (nã legis nomen vix meretur,) vnum tantum modò ordinẽ, nempè secularem, authorem & suffragatorem extitisse, vel ex ipsius inhibitionis cõtextu perspici potest; Ecclesiasticos verò, (puta Episcopos) non modò publicè eidẽ contradixisse: verum etiam de grauamine, (vt loqui solemus) protestatione soleniter præmissa, vim videlicet Ordini suo inferri, omnes ex Senatu discessisse. Extat siquidem in Archiuio Ecclesiæ Craconiensis eius rei diplo-

ma, sub inscriptio manus propriæ & sigillo eiusdē Regis. Cuius tenorem hic inserendū censui.

Sigismundus Augustus Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, &c. Dominus & hæres. Significamus tenore præsentium quorum interest, vniuersis & singulis, præsentibus & futuris, harum notitiam habituris. Quomodo costituti personaliter coram nobis in præsentia Senatorum, ac Nūciorum Terrestrium in moderna Conuētione Generali Petricouien: congregatorum, Reuerendissimi in Christo Patres Domini, Dni Iacobus Vchanski Dei gratia Archiepiscopus Gnesnen: Legatus natus, & Regni Pololoniæ Primas, Philipus Padniewski Cracouien: Nicolaus Wolski Vladislauien: Adā Konarski Posnanien: Albertus Starozrzebski Chelmen. Dionysius Seczygniowski Camenecen: Episcopi, nomine suo, & aliorum Reuerendissi: Dominorum Episcoporum absentium, ac totius Status Ecclesiastici & Spiritualis Regni nostri, productis & exhibitis factis & inscriptis, certis suis scriptis, & solennibus protestationibus etiam verbo ibidem factis, & inhæren: suis prioribus protestationibus, ante biennium; videlicet Anno Domini Millesimo Quingēntesimo Sexagesimo Tertio, Solenniter, publicè, & per expressum protestati sunt, & dixerunt Quód quantum in ipsis situm est, nequaquam consentire possunt, neq; consentiunt in ea placida, Constitutionem, Decreta, seu declarationem quæcunque in præiudicium Ecclēsiarum Dei, & status Spiritualis in hac Conuentione generali quomodolibet statuuntur contra iura & libertates Ecclesiasticas, sacris Canonibus munitas, & in derogationem libertatum, & immunitatum Ecclesiasticarum totius prouinciæ, & omnium Ecclesiarum Regni, literis. Priuilegiis Statutis, Constitutionibus, & indultis, per olim Seresnissimos Principes, & Domino

Duces

Duces & Reges Poloniæ, Ecclesiis ipsis, & personis earum legitimè cõcessarum, per eosdem Duces & Reges, tum vsum continuum ab antiquo approbatarum, quibus publicè & legitimè cautum & prouisum est nullas videlicet debere fieri in eodẽ Regno Constitutiones, placita, & Ordinationes, nisi de omnium Consiliariorum consensu & voluntate, & etiam, quod nullus status in alterum, libertatibus, & immunitatibus gaudentem, in tam libero Regno potest de iure quicquam noui, præsertim contra immunitatem & libertatem alterius constituere & laudare, nouasq; leges & Statuta condere, per quod alter status grauari, & in suis libertatibus opprimi posset: & præsertim, quod contra fidei Catholicæ, & Ecclesiæ Sanctæ Ordinationem & institutum fieret aliis nihilominus Senatoribus, nec nõ terrarum Nunciis, præsertim Catholicis repugnantibus, renitentibus, consensumq; suum præfatis Constitutionibus & Ordinationibus, Religioni, Iurisdictioni, libertatibus, ac immunitatibus Ecclesiasticis contrariis, denegantibus, immó suadentibus & postulantibus, iura & libertates Ecclesiasticas, & omnes dignitates in vigore & robore suo conseruari. Et insuper protestantibus quod nihil omninó Catholicæ Religioni, & iurisdictioni, ac libertatibus & immunitatibus Status Spiritualis derogare velint, per quascunque Constitutiones, seu Ordinationes. Intelligentesq; & animaduertentes supradicti Reuerendi Domini Archiepiscopi, & Episcopi in præsenti Conuentiõne nonnulla Statuta & Constitutiones & placita, ad nonnullorum Senatorum & Nunciorum status secularis instantiam, contra religionem, iurisdictionem, immunitates Ecclesiasticas ordinisq; sui & Ecclesiarum fieri & laudari: presertim de, & super executione Processuum á foro Spirituali ad Capitaneos loci remitti solitorum & roboratione seu Confirmatione

Confir-

confirmatione Constitutionis Pioтrco: ante biennium editæ. Quæ quidem Constitutiones in eam vim sunt factæ, vt nulla executio per loci Capitaneos, Processuum remissorum & remittendorum ad Capitaneos locorum fieret amplius, manifestè cõtra iura, libertates, & immunitates Ecclesiasticas, necnon contra Priuilegia & Statuta Regni, immô etiam contra dictam Constitutionem ante biennium editam, prout ex collatione istarum, vt vocãt, Constitutionum manifestè apparet, ipsas esse inter se contrarias, & pugnare (quod aiunt) ex Diametro. Quamuis alij audeant affirmare, quod nihil noui hîc statuatur, sed idem, quod ante biennũ, nisi quód hæc moderna Constitutio sit prioris declaratio, Cum tamen manifestum sit, non esse vnam & eandem rem, neq; declarationem Constitutionis ante biennium factæ, sed est noua Constitutio biennali planè contraria, & hoc in eô, quód in biennali Constitutione contineatur: quód Nuncij Terrestres noluerunt intrare in aliquas disputationes cũ Dominis Spiritualibus Hîc verò in ista constitutione noua, statum Spiritualem implicant seu ingerũt; cum tamen nedum sententiati, sed nec vocati, nec auditi fuerint Spirituales, neq; terminum vllum hactenus coram Maiestate Regia habuerint; manifesti verò iuris est, præsertim in Polonia, neminem cuiuscunq; conditionis, nè Iudeum quidem, extra terminum condemnari legitimè posse. Præterea quod etiam ante biennium factum est, nomine Constitutionis vocari non potest, sed tantum nomine mandati: quod in illa Constitutione non extat scriptum Statuimus, constituimus, vel aliud simile, sed tantúm Mãdamus; neque vllo verbo meminit Constitutionis. Et insuper quod tantum ex consensu Dominorum secularium Consiliorum, ante biennũ Regia Maiestas id factum seu Mandatum scribi iussit, vnde apparet ad hæc nunquam consensisse Consiliarios Spirituales, quemadmodum protestabantur de præiudicio

eiò & grauamine contra præfatum Mandatum. Postremó quia planũ est, tám ipsum mandatum biennale, quod Constitutionem vocant, quám Statutum Iagellonis in Iedlna folio 50. ad quod se ipsum mandatum refert, nihil de Spiritualibus continere, tantum de Maiestate Regia & subditis, in quibus vtiq; sunt tam spirituales quám seculares ideó iusto iudicio nihil Processibus iuris Spiritualis obesse ac derogare potuit sicut ipsum Statutum Iagellonis, ita hoc mandatum biennale, vocatum Constitutionis nomine, quod sese ad ipsum Statutum Iagellonis duobus in locis refert planissime. Quis igitur non videat manifestam iniuriam, maximum præiudicium & violationem, seu confractionem libertatum, iurium, & immunitatum status Spiritualis, & quód sine ipsorum consensu hæc ita fiant, tám ante biennium, quám etiam nunc, primi vtique status in Consilio Regni, & exinde etiam iurium statui Spirituali concessorũ, & diu laudatorum, tám in Conci-

lijs generalibus seu Oecumenicis, quàm per Imperatores Christianos, & Duces ac Reges Poloniæ collatis omnibus Spiritualibus, & præsertim Ecclesijs & Ecclesiasticis personis in Regno Poloniæ: & quidẽ non modo de decimarum, & aliarum rerum Spiritualibus annexarum, sed etiam de merè Spiritualium iurisdictione talis & moderna Constitutio facta est, quæ omnem iurisdictionem Spiritualem tollit, & nihilum redigit, idq; apertè cõtra Statuta Regni & Priuilegia Ecclesiastica atq; Spiritualia prouocabant, & ea ostendebant, ex quo iam nulla executio in Castro de Brachio Regali sequitur. Quod quidem officium Castrense, sicuti est, etiam vocatur Brachium seculare seu Regale, & ob id corã dicta Sacra Maiestate Regia & Consiliarijs secularibus, ac Terrarum Nuncijs pro tunc in Conuentione generali congregatis solenniter, & expresse protestati sunt, quód quamtua in ipsis situm est, nequaquam consentire possunt, neq; consentiunt

in ea placita & Constitutiones, quæcunq; in præiudicium Ecclesiarum Dei in hac Conuentione generali quomodolibet statuuntur, contra iura, libertates Ecclesiasticas, olim sacris Canonibus munitas, & per Illustrissimos Duces & Hæredes Regni, necnon Serenissimos Reges Poloniæ, Ecclesijs & Ecclesiasticis personis legitimè & benignè concessas, vti præmissum est coram dicta Regia Maiestate exhibitis, & demonstratis, petierunt q; submisse dicti Reuerendissimi Domini se circa Priuilegia, immunitates, Constitutiones Ecclesiarum Regni conseruari eaq; executioni debitæ demandari: & nè in formam Constitutionum & ordinationū eadē placita & Constitutione seu ordinatione spræiudicialiæ Ecclesiæ, & statui Ecclesiastico præiudiciales in quibuscunque rebus referantur, neque Ecclesias Dei, ac earum ministros afficere quouis modo permittat. Ex huo Constitutiones & Statuta Conuentionalia non possunt nec debent, etiam de iure Regni statui & lau: dari, nisi de mutuo, & omnium consensu tám spiritualium, quám Secularium Consiliariorum. Ideò subiacere non teneantur cum vniuerso suo Clero talibus Constitutionibus seu Ordinationibus, quæ non fuerint, prout non sunt, omnes de consensu tam Spiritualium quam Secularium Consiliariorum profectæ & constitutæ. immo vt supra scriptum est, per alios Dominos Consiliarios & Nuncios Terrestres præsertim Catholicos reprobatæ vti præiudiciales religioni, Ecclesiæ Dei, ac iurisdictioni Ecclesiasticæ, & iuribus ac Priuilegijs, nec non libertatibus & immunitatibus Status spiritualis præiudiciales & nociuæ, Et ob id iterum, atq; iterum, omnibus quibus melius efficaciusq; debuerunt, protestati sunt, se cum vniuerso Clero, talibus Constitutionibus immunitati Ecclesiasticæ contrarijs nolle subiacere. Et ea protestatione solenni facta, petierunt à nobis prædicti Reuerendissi-

uerendiſſimi Domini hanc proteſtationem ipſis per nos pro religione, iuriſdictione, immunitate & libertate Eccleſiaſtica, ſtatuq; ſpirituali conſignari, & de remedio iuſtitiæ Eccleſiis Dei, ac Eccleſiaſticis perſonis in Regno noſtro prouideri, ac ipſos cum eorum Eccleſiis & vniuerſo Clero in iuribus, libertatibus, & immunitatibus Eccleſiaſticis conſeruari & manuteneri. Nos verò volentes vnicuiq; quod ſuum eſt reddere, & agnoſcentes nos æquè Spiritualibus ac Secularibus iura & priuiligia, immunitates ac libertates confirmaſſe, tám literis quam iureiurando noſtro: ideoq; ea inuiolabiliter conſeruare, & manutenere debere, & proteſtationem ipſorũ Reuerendiſſimorum Dominorum conſignari iuſſimus: adhæren: ſimul proteſtationibus in facie noſtra factis, tám Conſiliariorum, quam Nunciorum Terreſtrium. præſertim Catholicorum, qui ſarta tecta iura Eccleſiaſtica omnia & perſonarum Eccleſiaſticarum eſſe voluerunt, & poſtularunt: Et ipſos, inprimis verò Eccleſias omnes in iuribus & libertatibus & immunitatibus earundem pleniſſimè conſeruan: ac manuten: duximus, prout conſeruamus & manutenere volumus, & conſeruari, ac manuteneri per ſucceſſores noſtros perpetuis temporibus & in æuum decernimus, in nullo præiudican: neque derogan: præfatis iuribus, libertatibus & immunitatibus omnium Eccleſiarum, in Dominiis noſtris conſiſtentium, & perſonarum Eccleſiaſticarum. In cuius rei fidem & euidens teſtimonium manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigillum noſtrum appendi iuſſimus. Datum Petricouiæ in Generali Regni Conuentione die Sabbatho ante Dominicam Palmarum Anno Domini Milleſimo Quingẽteſimo Sexageſimo Quinto, Regni noſtri Trigeſimo Sexto Præſẽtibus Magnificis, Generoſis, & Venerabilibus Spitkone Iordan de Zakliczyn Cracouien: ac Przemiſlien: Camionecenſ. Capitaneo, Staniſlao de Tarnow Sandomirien: ac Syradien:

dien: Oſtrzeſſouienq; Capitaneo, Ioanne de Sluſſewo Brzeſſcen: Koninen: Miedzirzecenſiq; Capitaneo Ioanne Krotowſki Iuniwladiſlauien: Ioanne de Dambrouica Lublinen: & Caſimirien: Rohatinenq; Capitaneo, Andrea Stepriſki de Gulczewo: Rauen: & Capitaneo Plocē Palatinus; Stanislao Myſſkowski de Mirow Sandomirien: Cracouien Generali, Rathnenq; Capitaneo, Georgio Konarski Caliſſien: Ioanne Thomicki Gneſnen: Ioanne Luctomirski Siradien: ac Lancicien: Radomienq; Capitaneo, Iacobo Laſoczki Lancicien: Raphaële Dzialynski Breſſcen: & Brodnicen: Capitaneo. Floriano Zebrzydowskj Lublinen: ac Sandecen: Capitaneo, Anſelmo Goſſomskj Plocen: & Capitaneo Rauen: Stanislao Wolskj Rauen: Curiæ noſtræ Marſalco, & Capitaneo Krzepicen: Stanislao Sobek à Suleiow Sandecen: Regni noſtri Theſaurario ac Malogoſcien: Capitaneo, Sebaſtiano de Milec Vislicen: & Capitaneo Brzeſſcen: Caſparo Zebrzydowskj Rogoznen: Ioan Sirakowskj Landen. Curiæ noſtræ Referendario, & Przedecen: Capitaneo, Ioanne Tarlo Malogoſcen: & Capitaneo Pilznen. Franciſco Ruſocki Naklen: Alberto Czarnkowskj Santocen. Caſtellanis: Valentino Dębinskj Regnj noſtri Cācellario, ac Lubomlien: Capitaneo, Petro Myſſkowskj Regnj noſtri Vicecancellario, Decano Cracouien: Gneſnen: Plocen: Lancicien: Varſſauienq; Præpoſito, Stanislao Karnkowskj Secretario Maiore & Curiæ noſtræ Referendario, Cantore Gneſnen: Scholz Lancicien: Iacobo Paczynski Decano Vladislauien: Præpoſito Cruſuicen: & Andrea Przerembski Gneſnenſi Cracouienſiq; Cānonicorū & Nuncijs Baronib⁹, ac aliis plurimis fide dignis circa præmiſſa exiſtentibus.

Sigiſmundus Auguſtus Rex.

His itaque tot & tantis legum grauiſſimis authoritatibus, benè perpēſis, neceſſariò fatendum eſt, eam qualemcū cunq;

cunque inhibitionem, nullo us debere esse momenti atq; ponderis ad Ecclesiasticam iurisdictionem, vel imminuendam, vel infirmandam

12 Equidem multò satiùs. consultiusque agi existimarem, si pristina illa sacro ordini cōstaret authoritas & iurisdictio. Non enim grassarentur inter homines, tot immania scelera, puta, blasphemiæ, sacrilegia, hæreses, & his similia, quibus grauissimè offenditur diuina bonitas, nimirū, si brachium seculare suum Ordini Ecclesiastico præstaret officium; alioquin verendum, est né aliquando diuina vltione infligente pœnas, eó licentiæ deueniatur, vt diuina humanaque iura violentur ac perturbentur omnia Quod nè accidat, secularis potestatis est prouidere. Hoc enim illi onus diuina lege incumbit vt, quæ iudices Ecclesiastici diuino numini aduersari, pæ-

nisq; digna censuerint, ea ipsi seueré vindicent. Reges enim atque eadem ratione cæteri Magistratus Policiti, Ecclesiæ nutricij sunt; Esaiæ Cap. 49. Debent ergo illi seruire, eamq; tueri ac defendere, ac veluti terrenum Regnum, (vt diuus Gregorius inquit) cælesti debet famulari.

QVÆSTIO IV.

De foro Spiritualium, & an Clerici apud Iudicem secularem conueniri debeant?

SVMMARIA

1. *Clerici á Iudice laico, iudicari non possunt.*
2. *Clerici in criminalibus causis, quando coram Iudice Ecclesiastico forum fortiuntur.*
3. *Clericis iure præsertim nouo, fori Priuilegium concessum.*
4. *Clerici fori Priuilegio renunciare non possunt.*

5. *Fori priuilegium Clerici, nũ in cauſis tantummodó perſonalibus ſortiantur.*
6. *Eccleſiaſticus Ordo in Polonia, paſſim in omnibus realibus cauſis foro ſeculari ſubeſt.*
7. *Spirituales in quibus cauſis, iuxta diſpotionem Statutorũ Regni, coram Iudice ſeculari cõueniri poſſunt.*
8. *Eccleſiaſticos in Regno etiam in perſonalibus fortum habere in Iudicio ſeculari, quidã contendunt.*
9. *Statuti Vladislai Regis, Anni 422 plana & perſpicua interpretatio.*
10. *Iura Canonica, quantæ apud omnes authoritatis eſſe debent.*
11. *Iudiciorum diuerſa ſubſellia in Regno Poloniæ.*
12. *Appellationes ad Curiam Romanam an prohiberi poſſint?*

1. CLericos, * coram Iudice laico regulariter conueniri non poſſe, ſed coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico, tám à ſui ordinis huminibus, puta Clericis, quàm à laicis conueniendos eſſe, iura non ſolùm Canonica, ſed Ciuilia quoq; atteſtanrur. Et iure quidem Canonico clarè admodum ea de re diſponitur. in cap: *Nullus* 2. ibi *Nullus Iudicium, neq; Presbyterum, neq; Diaconum, aut Clericum vllum, aut minores Eccleſiæ, ſine permiſſu Pontificis per ſe diſtringere aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab Eccleſia Dei, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tàm diu ſit ſequeſtratus, quouſq; reatũ ſuũ cognoſcat & emendet*, tit: de foro competẽ. Quod non * ſolum in Ciuili- 2.
bus, ſed in criminalibus quoque cauſis, (non obſtante in contrarium conſuetudine) obſeruari, patet ex textu in cap. *Clerici* 8 ibi: *Cum Imperator dicat, quód leges non dedignãtur ſacros Canones imitari, in quibus generaliter traditur, vt de omni cri-*

crimine Clericus debeat corã Eccle siastico iudice cõueniri, nõ debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generi, tit. de Iudiciis. Quamuis alioquin, ob crimen aliquod commissum, depositionis, atque excommunicationis, ac deniq; anathematis pæna. (si nimtrum inculpatus de crimine incorrigibilis appareat) subsequuta, Clericus per Iudicem secularem comprimendus sit. per text: in cap *Cum non ab homine* 8. in verbis *Quod si depositus incorrigibilis fuerit. excommunicari debet. deinde cõtumacia crescente, anathematis mucrone feriri; postmodum verò si in profundum malorum veniens cõtempserit quum Ecclesia non habeat vltra quidfaciat, nè possit esse vltra perditio plurimorum, per secularẽ cõprimendus est potestatem* &c dicto tit: de iudiciis Neq; tamen etiam hoc casu tenetur Iudex Ecclesiasticus taliter depositum tradere Iudici seculari, sed ipse Iudex secularis debet eum comprehẽdere, per text: in cap: *Etsi Clerici* 4. ibi *Sed non debet quemlibet depositum tradere Iudici seculari pro suis excessibus, cùm sit suo functus officiò, nec duplici debeat ipsũ contritione conterrere.* dicto titulo de Iudiciis.

Iure quoque * Ciuili, præ- 3.
sertim nouo Iustimaneo, hanc fori prærogatiuam, clericis in vniuersum concessam attributamq; esse, pluribus eiusdẽ iuris legibus, probari potest, sed breuitatis studio cæteris omissis, vnam saltem Imperatoris Friderici constitutionẽ, quæ habetur in auth: *Statuimus* Cod. de Epis: & Cleric hic adiicere lubet. *Statuimus*, inquit Imperator, *vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali, quæstione, vel Ciuili, trahere ad Iudicium seculare presumat, contra Constitutiones Imperiales, & Canónicas sanctiones: Quod si actor fecerit, à suo iure cadat, iudicatũ*

non teneat, & Iudex extunc potestate iudicandi priuetur. Eandem Iustiniani quoque Imperatoris hac de re fuisse sententiã, apertissimè liquet, idque ex textu in auth: *Clericus* :ibi. *Clericus quoque in litepulsatus pecuniaria causa, prius apud Episcopum conueniatur, per quem sine damno causa decidatur.* Cod. de Episcop. & Cleric. Quibus itidem adstipulatur, alia eiusdem Imp. nouella Constitutio, cuius hæc sunt verba: *Causa, quæ fit cum Monacho, vel cum muliere qualibet in Monasterio cõsistente, nõ apud Iudicem Ciuilem ventiletur, sed apud Episcopum, qui de personæ præsentia, quod conuenit, statuet, siue per Abbatem, vel Antistitem vel per alios hoc fieri debeat, qui secundum legẽ rẽ dispatõ, & sacras regulas, salua debita personæ reuerẽtia* auth: *Causa* Cod: eod. Et reuera, (vt cum imperatore Iustiniano loquar) indignum est, sacerdotes & religiosos viros turbulenta obseruatione prætorij vacare, vbi neq; eis beatitudinis honor debitus reseruetur, neque Oratorum adfluens in defensionib⁹ copia, præstari queat.

Ac proinde etiamsi Cleri 4.
cus iurisdictionem secularis Iudicis prorogare vellet, nequaquam id ei permissum est. Ratio, quia cùm hoc beneficium seu priuilegium fori nõ sit personale, sed toti Ordini Ecclesiastico publicè indultum, renunciatio seu prorogatio istiusmodi, siue expressa, siue tacita, absque consensu superioris facta, nullius est momenti: de qno expressus textus in cap. Si *diligenti.* 12 § fin. ibi. *Manifestè patet, quód non solum inuiti, sed etiam voluntarii, pacisci non possunt, vt secularia iudicia subeant, cùm non sit hoc beneficium personale, cui renunciari valeat. sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui, priuatorum pacto, derogari non potest*; tit: de foro compet.

compet. Pro quo facit etiam textus, in cap. *Significasti.* 18 in verbis: *inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod licet priuatorum consensus, eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere; Clerici tamen in Iudicem non suum, (nisi forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi Diœcesani voluntas accedat,) consentire non possunt.* tit: eodem

5. Cæterum hæc * fori priuilegia, etsi inpersonalibus tãtum, non autem in realibus causis, clericis esse concessa hac ratione quidam concludant- quòd in actione reali, persona non censeatur obligata, per textum §. omninò, Instit. de actionibus: & sic non trahatur in iudicium seculare persona Ecclesiastica, sed res ipsa Regulariter enim ratione rei quis sortitur forrum in loco, vbi res sita est, idque per rationem l. fin. cod. vbi in rem act: & est textus in l. 3. §. si aliter fundus, ibi. *quoniam magis fundo quàm personis adiudicari partes intelliguntur* ff. fin. regund. Verum Doctores, communiori opinioni contrarium, hac in parte videntur sentire, videlicet laicum non posse esse Iudicem Clerici, etiam in realibus, nec coram eo conueniri; vt notat Minsing. obser: 22. libro 1. Apud nos * in Regno, 6. Ecclesiasticos ex recepta potiùs quadam iuueterataq; cõsuetudine, quàm ex iuris prescripto, aut necessitate, in omnibus iam passim actionibus realibus, forum & iurisdictionem secularem sortiri praxis continua docet; cùm tamen, quatuor tantummodo casus in iure nostro reperiantur, in quibus causæ spiritualium, iuri terrestri (quod idem est iudici seculari) subesse debeant; idque iuxta dispositionem statuti Regis Alexandri, in Radom Anno 1505. conditi; cuius ea sunt 7.

verba. *Spirituales* pro bonis siue iniurijs bonorum iuri communi subiectorum, iure terrestri experiantur. Iniuriæ sũt, superlimitibus, kmetõius fugitiuis, cæde & vulneribus, alias iuxta Statuta Alberti Regis* Quinimò Sigismundus Rex, posteaquám Statuto Anni 1543. causas omnes, de quibus Iudices spirituales cognoscere debeant, & in quibus spirituales ad iudicium seculare trahi possent, luculentissimè exposuisset, pœnam quoque in eos, qui personas Ecclesiasticas ad forum secula retrahere præsumerent, statuere voluit, quod apertissimè declaratur his verbis. *Similiter etiam si quis secularis spiritualem ad ius seculare terrestre, pro his articulis iudicio spirituali pertinentibus, euocaret, talis etiam debet condemnari in pœna 14. Marcer. Nihil ominus per hanc Constitutionem nostram, nolumus vt in aliquo derogetur iuribus & priuilegijs spiritualium, in Statutis descriptis; hoc est, ne in illis mutaretur vel destrueretur, quod est plus in illis scriptum, quam hæc Constitutio habet, Ita enim cum Consiliarijs nostris, & Nuncijs terrarum constituimus, quia hoc debemus vnecuiq; tam spirituali, quam secu lari subdito nostro tenere, & reformare iuxta Constitutiones priores.* Deus bone, quid clariùs, quidue euidentiùs, de hac Ordinis Ecclesiastici fori prę rogatiua, dic aut statui potuit quàm quod hic ab optimo piissimoque Rege dictum atque statutum est? Puto in tã perspicuis & luce meridiana clarioribus huius statuti verbis, etiam cæcucientes, id quod res est, manu palpare posse.

Neq; tamen * defuisse, 8.
imò neque nunc deesse eos, qui Ecclesiasticos, non tantúm in realibus quibusuis causis, verùmetiam in personalibus, sine discrimine status & conditionis, coram Iudice

dice seculari forum sortiri debere, summa contentione, nè dicam temeritate & pertinacia arguunt. Eius verò rei optimam se habere causam existimant, quòd videlicet secundùm Statuta Casimiri Regis, in omnibus terris Regno Poloniæ subiectis, vnum ius, vna consuetuco iudicij debeat obseruari

9. Ita enim * Statutum illud Casimiri Regis, à Vladislao Iagellone in Castris propè Czerwiensko, Anno Domini 1422 confirmatum, de his disponit. *Preterea perpetuo edicto statuimus, vt omnes & singuli homines Regni nostri, cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, aut gradus fuerint, causas in iudiciis nostris terrestribus proponentes, vel proponere volentes singuli & generaliter vniuersi, eodem iure, modis, consuetudinibus, & ritibus, per Regnum nostrum potiantur: nec audeant iudices, sedibus & tribunalibus iudiciorum nostrorũ præsidentes, alios modos, ritus, & consuetudines, circa terminos & sententias obseruare, nisi illos, quos præfati Domini Casimiri liber & constitutiones doceant, & informent; adquẽ semper recurrant. Quicquid autem per ipsos, aliter fuerit iudicatum & sententiatum, irritum remaneat & nullius roboris vel momẽti.* Iam hîc isti, illud inculcabunt. En legis verba, vnum ius, vnam consuetudinem, in vno Regno omnium esse debere: quorsum igitur hæc exotica (ita illi ius Canonicũ vocant) & peregrina iura vt potè patrijs legibus, & consuetudinibus contratria; Sane horret * refugitque animus, istiusmodi hominum turpitudinem, nè dicam impietatem propalare, qui tàm pias sacrorum Conciliorum sanctiones, tám religiosa sanctorum Patrum atq; summo-Pontificum decreta, ipsorum deniq; Apostolorum, puta sacrosanctaq; dogmata, pro

exoticis

exoticis & peregrinis iuribus reputare non vereantur. Equidem talium rerum asserto-res cùm ab ea sanctorum communione, quæ in hisce sacrorum Canonum regulis continetur, pertinaciter segregare sese cupianot, non video, quâ ratione Christianorum Catholicorumué nomen deinceps mereri possint aut debeant? Quis enim vnquam populus, quæuè natio, Christi nomen professa, eò impietatis deuenisse dici potest, vt sacros Canones, tanquam peregrinos, & à communi fidelium sensu alienos, reiciendos esse putaret? quinimò antiquissimos illos Christiani nominis Reges atq; Imperatores, palám professos fuisse constat, quòd leges ipsorum sacros Canones imitari non dedignarentur Maiores denique nostri, qua pietate, quaué religionis obseruantiâ, hæc tám pia dogmata coluerint, iisquè perpetuò adhæserint, vel hoc ipsum indicio est; quod non sententias solummodò illi sed interdum integros Canones ex eo ipso iure excerptos, statutis atque Constitutionibus suis ingesserint, eaq; ratione procul dubio legibus suis, sanctitatis opinionem, & venerationem quandam conciliare voluerint Quid! auis nè posteritatem prudentiorem, nè dicam vitiosiorem, (quæ notam illis impietatis hac in parte affingere volet) ætas nostra dabit? Absit ab ingenuo & generoso pectore quouis, tàm immane scelus, ignominiæ perpetuâ labe piandum. Verumenimuerò missis iam hisce ad explicationem; superius commemorati statuti redeundo, cuiuis recti æquiq; studioso, planum atq; perspicuum esse potest, statutũ illud non de statibus & ordinibus Regni, sed de diuersitat

te seu varietate tantùmmodó legum, iurium, & consuetudinum, in terris & Prouinciis Regno subiectis disponere, puta, quòd tunc maioris Poloniæ incolæ, alijs atque diuersis iuribus & consuetudinibus subessent, quam quæ minoris Poloniæ terricolis in vsu fuerunt. Vnde Casimirus Rex, sub vno Principe & capite, diuersas leges obseruari, indignum maiestate sua esse existimans, id hac sua sanctione efficere voluit, quo omnes in vniuersũ Regnicolæ, vno iure, nempé terrestri in posterum vterentur: vbi iuris Canonici, aut status spiritualis, nullam factam fuisse, mentionẽ liquidò apparet. Si quidem & alias Regibus nostris, id moris fuisse certissimum est, quòd quotiescunque de vnionibus prouinciarum & ditionum sibi subiectarum, iura illis ferre contingeret, sẽper id præcipuè edictis suis innebant, quòd omnes Terras, Ducatus, atque Prouincias, quæ diuersum ius, diuersasq; consuetudines tenerent, ad vnum ius & vnã legem omnibus Regnicolis communem reducturi essent; quod etiam in priuilegio Regis Vladislai in Iedlna concesso, ac postmodum Cracouiæ Anno 1433. confirmato, videre est; cuius is est tenor: *Item pollicemur, quòd õnes terras nostras Regni nostri Polonie, etiam terram Russiæ includendo, saluis tamen auenæ contributionibus (de quibus nobis, ad tẽpora vitæ nostræ, sola Russia respondebit) ad vnum ius & vnã legem communem, omnibus terris reducẽus reducimusq; adũamus, & vnimus, tenore præsentiũ mediãte* Ex quibus apertissimè constat, huiusmodi & similibus Statutis, nedùm Ecclesiastica, sed neq; aliorum subselliorum iudicia esse abrogata.

11. Extant * siquidem etiamnũ in Regno, diuersæ iudicum iurisdictiones. Alij enim de iniurijs realibus, alij de obligationibus personalibus cognoscunt, alii his, qui iuri Saxonico seu Magdeburgensi subiecti sunt, alij Iudæis & sic deinceps alij alijs iura dicunt. Nemo tamen rerum patriarum non ignarus, dicere ausit, huiusmodi iudiciorum partitiones, contra Statuta vnionis iurium fieri, quin imò concordiam atque optimum Reipub. statum hac distinctione subselliorũ, veluti harmonia quadam firmiter conseruari, vel inuitus fateatur necessum est, Quæ cùm ita se habeant in prophanis istiusmodi iudicijs, cur non multò magis Ecclesiasticæ iurisdictioni id acceptum ferri debeat? Cùm iudicia illa non authoritate solùm, sed & antiquitate cęteris longè antecellant, vtpotè, quod omnes Principes terræ, & cęteros homines, Episcopis, & per consequens iudicio spirituali obedire, Beatus Petrus præcipiebat, prout in cap. *Omnes* 4. tit. de maior. & obedien. disponitur, idque ob singularem atque admodum elegantem rationem, quæ in cap. *Certum* distinct. 10. habeturin verbis *certũ est* in quid Felix Papa *hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur iuxta ipsius Constitutionem, Regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta pereorum præsules potius discere quám docere, Ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitatis sequenda iura præfigere, neque eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere, in contumeliam disponentis; Præceptis enim Apostolicis*, teste Gregorio Papa, *non dura superbia resistere, sed per obedientiam quæ*

etiam quæ á sancta Romana Ecclesia, & Apostolica authoritate iussa sunt, salutifere implerè debemus, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput nostrum communionem habere desideramus, cap. 2 distinct 15. At forte* modestioris & cultioris ingenij quidam, se non tam de prima instantia fori spiritualis quám de appellationibus, maximè verò ad Curiam Romanam deuoluendis, laborare contendent. Cum enim Ordo Equestris huius Regni armis potiús, quám litibus sit assuetus, durum omninò vixque tollerandum illi videtur, tot litium anfractibus implicari, præsertim quòd in prosequendis huiusmodi appellationibus, cum ob distantiã locorum, tum ob sumptuum magnitudinem, causâ cadere, vel vltrò etiam liti renunciare, necessum habeant. Sit ita sanè; at appellationum remedia, duabus potissimum ex causis, inuenta esse quis ignorat? Prima quidem, quò grauatus habeat beneficium ad superiorem Iudicem prouocandi, altera, quo iurisdictio supremæ potestatis integra, illibataque conseruetur. Iam si summo aliquo iure, seu potiùs iniuria, beneficium illud prouocandi ad superiorem, clero auferatur; at qua ratione, sanctæ Sedi Apostolicæ, summoque Pontifici, Christi vicario, ius supremæ potestatis tolli possit, non satis id mihi exploratum est. Quinimò ex hac (quod absit) acephalia, membris nimirum à proprio capite absciss, atq; auulsis, quid nisi certissimus totius corporis interitus expectandus esset; atque proculdubiò idem Clero eueniret, quod ouibus quondam à lupis, innata alioquin antipathia sibi infestis, de remouendis gregis custodibus persuasis, accidisse fertur Equi-

 dem hæc

dem hæc, non à Clero (cui talia comminiſci fas non eſt) extorquenda, ſed à ſancta Sede Apoſtolica, humilimis precibus impetranda eſſe cenſerem, quò videlicet, more aliarum nationum, ex ſpeciali beatitudinis ipſius indulto & conceſſione, Primati Regni, qui priuilegio legationis Apoſtolicæ gaudet, vel cuipiam alteri, perſonæ tamẽ ſpirituali, de huiuſmodi cauſis intra fines Regni cognoſcere liceret, idque ſi fieri poſſet, appellatione remota. Quod ſi impetrari poſſit, ſatis puto iſti tàm acrium concertationum ſuarum, luculẽtã mercedem inde reportarẽt.

QVÆSTIO V.

Conſuetudo & Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam promulgata, vtrum de iure valeant, necne?

SVMMARIA

1. *Conſuetudines & Statuta contra libertatem Eccleſiaſticam facta, ipſo iure non valent.*
2. *Statuta contra iura Eccleſiæ, vel Clericorum promulgata, ex volumine legum àbradi debent.*
3. *Conſtitutio Friderici Imperatoris, de Statutis contra Eccleſiaſticas perſõas latis, abolendis.*
4. *Ius ſuum cuique tribuere, naturalis æquitas ſuadet.*
5. *Iure Canonico, quales pœnæ in eos, qui Statuta contra Eccleſiaſticam libertatem ferunt, ſint conſtitutæ.*
6. *Conſtitutionum Regni compilatores, an excuſandi ſint, quod contra iura Eccleſiaſtica leges concinnare præſumant.*
7. *Statuta & leges contra libertatem Eccleſiaſticam facta, quæ dicantur.*
8. *Statuta ſeu leges laicorũ, quando ligent Clericos.*
9. *Conſtitutiones Anni 1607. libertatibus atque immunitatibus Eccleſiaſticis repugnant.*

Conſuetu-

1. CONsuetudines * & Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, vel Clericorũ facta & fienda, ipso iure non valere, & Clericos nulla ratione ligare posse, plusquam manifestum est, idq; per textum in auth. *Causa.* Cod. de sacrosan: Eccleſiis. Quinimò * huiusmodi Statuta de volumine legum abradi debent, & non solùm statuentes, sed etiam consentientes, talibusque Statutis vtentes, & omnes in tali loco habitãtes puniuntur; prout habetur in Constitutione Friderici Imperat. tit de statutis & cõsuetudinibus contra libertatem Eccleſiast. edit quàm de verbo ad verbum hîc ponere operæ prætium esse duxi. *Addecus* * inquid Imperator, *& honorem Imperij, & laudem Romani Principis, nihil omninó magis videtur accedere quám vt expurgatis quibusdam erroribus, & iniquis quorumdam statutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sanè adeó infidelium quorumdam & iniuſtorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra Apoſtolicam doctrinã, & ſacros Canones Statuta ſua cõffingere, contra Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiæ libertatem. Cúm ergo diſpoſitione diuina fauente, nihil vellit Eccleſia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concurſu, & eadem non placeat voluntate. Nos Fridericus Romanorum Imperator. ſemper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & irrita nunciamus omnia Statuta & conſuetudines, quæ Ciuitates vel loca, poteſtates, Conſules vel quæcunq; aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticas perſonas edere vel ſeruare aduerſus Canonicas, vel Imperiales ſanctiones præſumpſerint, & ea de capitularibus ſuis mandamus, intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri & ſi de cætero ſimilia attentauerint,*

2. mò

ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicanda, necnon locorum, vbi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille Marcarum præcipimus subiacere? potestates verò Consules, Rectores, Statutarij, & Scriptores dictorum Statutorum, necnon & Consiliarij locorum ipsorum, qui secundum statuta vel consuetudines memoratas iudicauerint. sint extunc ipso iure infames quorum sententias & actus alios illegitimos præcipimus aliqua tenus non tenere. Quod si per annum huius nostræ constitutionis inuenti fuerint contemptores, bona, per totum nostrum imperium, mandamus impunè ab omnibus occupari, saluis nihilominus alijs pœnis, contra tales in generali Concilio promulgatis.

En quàm grauiter, imò quã sanctè & religiosè de libertatibus Ecclesiasticis Imperator hic statuat? nec immeritò id quidem. Cùm enim * ōnibus hominibus, qui moribus & legibus reguntur, præceptum esse constat, ius suum cuique tribuere: quis eos, qui prærogatiuis & immunitatibus Ecclesiasticis, manus (vt ita dicam) iniicere præsumũt violentas, summæ præsumptionis & temeritatis nō arguat? Certè hoc facto Saluator ipse in ministris suis se flagellari, atque iterum crucifigi in Euangelio monet. Ac proinde * sacri quoque Canones eam rei indignitatẽ non ferentes, ad reprimendã huiusmodi violatorum libertatis Ecclesiasticæ audatiam, præter eas pœnas, quæ insuperiùs commemorata constitutione proponuntur, excõmunicationis quoq; mucrone eos feriendos esse censuerunt: prout id in cap: *Nouerit.* 49. tit: de sentent. excommunicat, exprimitur his verbis: *Excommunicamus omnes hæreticos vtriusq; sexus quocunq; nomine censeantur, & fautores, & receptato*

4

ptatores, & defensores eorum. Necnon & qui de cætero seruari fecerint, Statuta, edicta, & consuetudines introductas, contra Ecclesiæ libertatem, nisi ea de Capitularibus suis intra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint, amoueri. Item excommunicamus Statutarios, & scriptores Statutorum ipsorum, necnon potestates, Consules Rectores, & Consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi Statuta & consuetudines editæ fuerint, vel seruatæ, necnon & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formã scribere iudicata. Ac insuper si habeant feuda, vel alia beneficia Ecclesiastica, ipso iure, absque alia priuatione, talia beneficia amittunt, idque per expressum text: in cap: *Grauem.* 53. tit: de senten. excommunicat.

6. Iam videant* isti nostri nõothetæ, qui in publicis Regni Comitiis, non tantùm in præiudicium libertatũ Ecclesiasticarum, & vniuersi Cleri, verumetiam, quod grauius ferendum est, in contemptũ sanctæ Romanæ Ecclesiæ (cuius filios se esse profitentur) atque adeò ipsius Vicarij Christi, leges impias ac detestandas figunt atque resigunt, vel qui illis consensum præbent, opem auxiliũque præstant, immò sæpius tanti sacrilegii ipsi authores existunt; videant inquam, quâ fronte, quauè conscientia hunc errorem, nè dicam temeritatem suam excusare possint? Sanè timorem Dei abiecisse is videtur, qui conscientiæ suę prodigus est.

7. At nè* fortè, tám manifesto errori culpam ignorantiæ, quasi speciosum velamen quoddam obtendere possent, quænã statuta cõtra libertatẽ Ecclesiasticam esse dicantur, explicandum nobis erit: Et in primis sciendum est, illa statuta contraria Ecclesiasticæ libe-

cæ libertati dici, ex quibus tolluntur, vel diminuntur priuilegia Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis, á Pontifice, vel alicuius Regni aut Prouinciæ superiori magistratu concessa; secund. Innocent in d. cap, *Nouerit*. Vel quando Clerici impediuntur facere ea, quæ sunt ipsis concessa à iure communi, & sic quando fiunt statuta contra ea, quæ de iure communi cõpetunt Clericis, vt notatur in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, tit. de Constit. Vel etiam quando volunt Ecclesiã, vel Clericos, ipsorumué subditos subiicere seruituti, & publicis functionibus, de quo est casus in dict. cap. *Grauem*. Vel denique, quando per huiusmodi statuta, Clerici efficiuntur timidiores, & laici audentiores ad nocendum argum. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non datur, quod etiam probat Abb. in d. cap. *Nouerit*: per d. cap. *Grauem*. Et in summa *g. quando statuta aut leges laicorum, specificè disponunt super bonis, vel personis Ecclesiasticis, etiamsi commodum & fauorem earum concernant, nullo tamen modo seruari debent. Ratio est, quia neque Imperator, neq; Rex, nec alius secularis habet potestatem super Ecclesias, aut personas spirituales: pro ut in cap. *Ecclesia*, 10. disponitur his verbis. *Nos attendentes*, inquit Innocentius III. Papa, *quód laicis, etiam religiosis super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis, nulla sit attributa facultas quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, á quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiã respicit commodum & fauorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit adprobatum*. tit. de Constitutionibus. Quibus adstipulatur alius quoq; textus in cap.

tus in cap. *Quæ in Ecclesia 7.* tit eod. Secus est, quando leges aut statuta generaliter ferentur, non faciendo mentionē Clericorum, aut bonorum Ecclesiæ, & non repugnant canonibus, rationaliaq; sunt; tùm etiam quoad Clericos, & Ecclesiasticas personas extendi possunt. Exempli
7. gratia; si statutum disponat, vt existentibus masculis mulier non succedat, etiam de Clericis ad successionem ante fœminas vocādis, intelligi debet, vt notat Panor. in cap. *Constitutus.* tit de restitut. in integrum. Vnde omnes leges, disponentes super contractibus, emptionis, venditionis, locationis, conductionis commodati, & alijs huiusmodi rebus, si non contradicunt canonibus, vel legi naturæ, etiam quoad Ecclesiasticas personas porrigi debent, pro quo facit textus in cap. 1. in verbis. *Quia verò sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum, Principum Constitutionibus adiuuantur.* tit: de noui operum nunciat. Ex quibus manifestò * apparet, 9.
omnia illa statuta,, quæ hoc infelici nostro ęuo, maximè verò omnes illas Constitutiones anni 1607. quæ turbata Repub ob domesticas dissensiones, contra personas spirituales, reclamantibus & protestantibus Episcopis, atque vniuerso huius Regni Clero, summo iure, summaué iniuria à secularibus promulgatæ, & in volumen legum publicarum relatę fuerunt, contrarias atque omninò repugnātes esse libertati Ecclesiasticæ vtpoté, per quæ vel diminui vel omninó funditus tolli videntur priuilegia, Ecclesiæ vel ordini Ecclesiastico seruientia. Nam quæ ibi de suspensione de præscriptionibus decimarum, & aliorū

fructuum, ex bonis & censibus iure reemptionis Ecclesiis adscriptis prouenientium, de Annatis, de scultetis, de foro spiritualium, de appellationibus ad Curiam Romanam uon admittendis, de plebeis ad Ecclesias etiam Collegiatas non recipiendis, sine statu spiritualis consensu à secularibus statuuntur, quid aliud nisi temerariã quandam manuum quasi iniectionem, in iura & immuuitates Ecclesiasticas sapiunt? cùm non quod antiquæ consuetudini, perpetuoque (ex quo Regnum hoc Christianæ religionis sacra suscepit) vsui, cõsentaneum; non quod æqui, tati, aut iuribus Ecclesiastici Ordinis conueniens est: sed quòd propriæ temeritati, & quicquidlibet faciendi licentiæ applaudere videbatur, in legibus & constitutionibus huiusmodi continere nemo negare potest.

QVÆSTIO VI.

Statuta seu Constitutiones Regni, de Annatis Romanæ Curiæ denegandis, an iuri sint consentaneæ, necne?

SVMMARIA.

1. *Constitutiones de Annatis, ob importunitatem secularium promulgata.*
2. *Contra Annatas Concilij Basilæensis decretum opponitur.*
3. *Priuatus priuatum iure suo spoliar non potest.*
4. *Annatæ iure diuino introductæ.*
5. *Annatarum Summo Pontifici persoluendarum vtilitas.*
6. *Ratio exigendarum Annatarum in Curia Rom. quomodo constet.*
7. *Author de Annatis sententia.*

EXtant* de Annatis, tàm superiorum, quàm recentium 1.

tium temporum plures in volumine ſtatutorum Regni leges, à piiſſimis illis Regibus & Principibus, non tàm ipſorum voluntate, aut communi conſenſu omnium Ordinum Regni, quam importunitate atque temeritate quadam ſecularis ſtatus promnlgatæ: cuius rei indicio eſt Statutum illnd primum de Annatis Sigiſmundi Regis, Anni 1543 vbi inquit: *Satisfaciendo poſtulationibus Dominorum conſiliariorum noſtrorum ſecularium & Nũciorum terreſtrium, mittemus ad ſanctum Patrem petitum Annatas vt nè eas de Regnó efferri permittamus, ſed vt remaneat pro defenſ. Reipub. in Regno. Quod ſi eas impetrare non poſſumus, tamen iam ex nunc renunciare illi debemus, eaſdem Nos neq; daturos eſſe neq; efferri vlla ratione permiſſuros.* Quod Ssatutũ, licet optimus Princeps ob importunas preces (quemadmodum ipſe atteſtatur) ſucularium promulgari paſſus fuerit; nunquam tamen eas ad effectum perducere in animo habuit idq; ob ſummam, quæ indè promanare videbatur rei indignitatem: Equidem * non ignoro, 2.
quid iſti nomophori cum illo coryphæo ſuo Priluſio, contra Annatarũ iura effutiant? quomodo contra ſanctam ſedem Apoſtolicam debachentur? cum qnibus maledictis atq; conuiciis certare, non eſt mei inſtituti; rem nihilominus ipſam, ſicco pede nõ eſſe prætereundam arbitrat' ſum. Probaſi illi & fulcimento huius cauſæ, Concilij Baſilæenſis allegant decretũ, quo huiuſmodi Annatæ, & alij Simoniaci quæſtus prohibentur: cùm omnibus, etiam lippis atque tonſoribus (vt vulgo aiunt) notum atque exploratum ſit, Concilij illius, quod in ſchiſmate, puta abſque capite, ipſo nimirùm ſummo Pontifice, qninimò con-

tra Pontificem, indebitè atq; illegitimè celebratum fuit, nullam esse authoritatem. Ac proinde, quemadmodum neque Concilij illius (si fortè Concilium dici meretur) authoritati, facultas Annatarũ sanctæ sedi Apostolicæ adimendarum competebat: ita non video, qua ratione leges seu cõstitutiões Regni, id vsurpare sibi possint aut debeãt.

3. Nam si hoc * non solùm patriæ nostræ, verùm omnium nationũm leges & iura non permittunt, vt priuatus priuatum iure suo, indicta causa spoliare possit, multominùs de irroganda sanctæ sedi Apostolicæ, (quæ pro capite totius Christianitatis meritò reputari debet) hac tám insigni iniuria, vt nimirùm iure suo, longo vsu, & totius Christiani orbis consensu acquisito, priuari debeat, vlla lege, aut consuetudine constitui potest.

Ac nè * quispiam fortè in eo etiam hallucinetur, ac si Annatarum ratio, mera tantum & absoluta vsurpatione, non autem iure, aut concessione aliqua, ad sanctam Sedem Apostolicam pertineat; idcircò sciendum est, ius primitiarum (quód ipsas Annatas denotat, quando nimirùm fructus primi anni ex sacerdotiis, summo Pontifici offeruntur, (lege diuina, ipsis summis Pontificibus adscriptum atque attributum esse. Decimis enim prouſu Leuitarũ, id est, sacerdotũ, á populo Israelitico percipiendis, assignatis, ipse Dominus ad Moysen ita loquut? est *Præcipe*, inquit, *Leuitis atq; denuncia, cùm acceperitis à filijs Israel decimas, quas dedi vobis in oblationem primitiuorum. tam de areis, quàm de torcularibus, & vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti.* Num; cap: 18, Nec quis-

4

quam

quam id sibi persuaderi sinat, quòd huiusmodi primitiæ, seu decimæ decimarum, vnà cum Leuitico sacerdotio, per nouam Euangelij legem introductam cessauerint, & ideò nulla ratione præstari amplius debeant, quemadmodum asserit Prilusius; nam quamuis olim, secundùm S. Thomã 22. qu: 86. primitiæ erant de præcepto cæremoniali, quoad determinationem, putá quòd summo sacerdoti exhiberentur, nunc tamen eas esse de præcepto Ecclesiæ, & consuetudine antiqua, cuius non est memoria. Nam cùm ratione sui ministerij maioris sint dignitatis sacerdotes noui testamenti, quàm veteris; meritò etiam populus nouæ legis. ad maiora ipsis præstanda obligatur, quàm populus veteris testamenti. Cùm itaque* Annatæ, nihil aliud sint, nisi decimæ decimarum, quæ non solùm ex præcepto diuino, sed etiam ex antiquissima consuetudine, summis Pontificibus, citra omnem inuidiam, ab omnibus Christianis penduntur, idque vel ob eam potissimũ causam, quòd in necessitate aliqua insigni ipsius Ecclesiæ, vel Christiani alicuius populi, sancta Sedes Apostolica, tanquam pia mater omnium Christianorũ, ex huiusmodi prouentibus auxiliatricem manum pluribus porrigere consueuerit. Cuius rei exempla euidentissima, si nõ externa & peregrina, at saltem domestica passim nobis occurrũt; quale est illud, quod tempore Casimiri Magni Regis circiter Annum Domini 1351. á Pontifice Clemente Sexto, huiusmodi decimã decimarum, pro commodo Regni, donatam fuisse. Cromerus pag. 213. adnotat; idemq; factum fuisse sub Casimiro tertio, supra in qu: de decimis docui. Ac proinde* 6.

iustitia, imò ipsa humanitas id exigere videtur, nè de interuertēdis illis tātoperè solliciti simus; præsertim verò, quòd non vsque adeò (vt quidem frrrè opinantur) magnos & ingentes thesauros, ea res nobis, Regnoué nostro sit importatura. Nā in decursu aliquot annorum, vix aliquando decem, vel viginti millium florenorum summam, Annatarum nomine ad Rom: Curiā à nostratibus conferri, certò affirmare possim. Non enim quisquam illud existimet, veri valoris reditus primi anni illuc conferri; sed iuxta antiquam taxam beneficiorum, (in qua census aliiq; fixi prouentus tantum modò continentur) rationem exigendarū huiusmodi Annatarū in Curia Rom: constare. Quæ res exigui certé momenti esse videtur; quemadmodum dùm Romæ essem experimēto ipse didici, idq; duos Episcopat⁹, Vladislauien: nimirùm; & alterum Warmiensem, in Curia Romana expediendo, quorū hic quandrigentis aureis; ille verò octingentis ferè, ratione Annatarum æstimatus fuit. Vndè facilè colligi potest, quid de cæteris Episcopatibus, præsertim Metropolitanæ Leopolien. Suffraganeis sentiendum sit. Optarē * 7. sanè, vt iam tandem aliquando importunis, ac (vt dicam quod res est) sordidis istiusmodi quærelis, silentium imponatur, né videlicet hac in parte, toti orbi Christiano, ingenij nostri morbos prodamus. Non pæniteat nationē nostram, omnium Christianorum, puta Germanorum, Hispanorum, Italorum, aliorumuè, qui sanctam Sedem Apostolicam tanquam caput totius orbis Christiani vnicè colunt atq; obseruant, se qui exempla, á quibus huiusmodi pensiones, nulla proportio

ce cum

ne cum his, quæ ex hoc Regno prouenitur Annatis conparãdas, magna alacritate, & plena (vt aiunt) manu, sine tædio, aut quærimonia, ad Curiam Rom: quotidié perferri videmus.

QVÆSTIO VII

Vtrum Ordo Ecclesiasticus ad onera publica ferenda teneatur: & an subditi illorum, puta Sculteti & Aduocati ad expeditionem bellicam cogi possiut?

SVMMARIA.

1. *Ecclesiasticæ personæ, & subditi eorum á functionibus publicis immunes sunt.*
2. *Munera publica quomodo distinguatur.*
3. *Munera personalia, quando Ecclesiasticæ personæ obire non teneantur.*
4. *Ecclesiastici, illorumuè subditi ad munera vilia & sordida non obligantur.*
5. *Patrimonialia munera quæ dicuntur, & an Clerici his subsint.*
6. *Ecclesiastica bona ad soluenda tributa quando obligentur.*
7. *Collectæ seu subsidia extraordinaria, clericis imponi non possunt, statutis laicorum.*
8. *Statuta Regni de Sculletis, & Aduocatis spiritualium ad bellum mittendis, an iuri vel æquitati sint consentanea.*
9. *Status Regni duplici ordine, spirituali nimirum & seculari constat.*
10. *Bona spiritualium á seruitio militari immunia esse debent.*
11. *Diplomata Regum in quibus Ecclesiastica bona á seruitio militari eximuntur.*
12. *Statutum Casimiri Magni, de Scultetorum præfectione ad bellum, quomodo intelligendum.*
13. *Constitutio Anni 1563. de redimendis Sculletis, etiam ad bona spiritualium extenditur.*

14. Sta-

14. *Statuta de remouendis inutilibus & rebellibus Scultetis, passim in Regno practicantur.*

15. *Defensio Regni iam ferè soli Ordini Ecclesiastico accepta ferri debet:*

1. IAm antè quæstione 5.* dictum fuit, contra Ecclesiasticam libertatē id fieri, quando Ecclesiasticæ personæ, vel subditi eorum, ad onera seu functiones publicas adiguntur, à quibus omninò immunes esse debent id; ex dispositione sacrorū Canonū, maximè verò Concilij Lateranen: quòd in cap. *Non minus.* 4 hac verborum serie recensetur. *In diuersis mundi partibus, Consules Ciuitatum, & Rectores, nec nō & alij, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis seruituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico administrauit: Isti verò onera sua ferè vniuersa imponunt Ecclesijs, & tot angarijs eas adfligunt, vt eis,* quód Hieremias deplorat, *competere videatur. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Siue quidem fossatam, siue expeditiones, siue alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis. volunt ferè cuncta compleri. Iurisdictionem etiam & auctoritatem Prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus; nisi Episcopus & Clerus tantam necessitatem vel vtilitatem adspexerint, vt absque vlla exactione, ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias eximent conferenda. Si autem Consules, aut alij de cætero ista commiserint,*

cõmiserint, & cõmoniti desistere noluerint tàm ipsi quàm fautores eorũ excõmũicatiõi sese nouerint subiacere, nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem tit: de immunitat: Ecclesiarum pro quo faciunt etiam text in cap. *Grauem.* tit: de sentẽt: excom. & in cap: *Generaliter.* 40. §. Nouarum. 16. quæ: 1. vbi Imperatorum quoq; Romanorum Honorij & Theodosij, his de rebus extat decretũ, cuius contextũ hîc adscribere lubet. *Placet*, inquiunt Imperatores *rationabilis consilij tenore perpenso, districta moderatione præscribere, á quibus specialiter necessitatibus singularũ vrbium Ecclesiæ habeantur immunes, prima quippe illius vsurpationis contumelia depellenda est, nè prædia vsibus cælestium secretorum dedicata, sordidorum munerum fæce vexentur, nihil extraordinariũ abhinc super indictumué flagitetur nulla translationum sollicitudo signetur, postremò nihil præter Canonicã illationem, quam aduẽtitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit. eius functionibus adscribatur. Si quis contra venerit, post debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuò subdatur.* Cod: de sacro sanctis Ecclesiis. Quæ priuilegia atque immunitates Ecclesiasticas, etiã ipse Prlusius, alioquin Clero iniquus & infestus, suis statutis inserere non dubitauit; vt videre est sub tit: de libertat: Eccles. Verùm * tamen vt hæc materia de muneribus publicis planior fiat, tenenda est distinctio, quæ habetur in l. 1. in princ. ff. de munerib? & honorib. Aut enim munera publica dicuntur meré personalia, quæ videlicet opera ipsius hominis explicantur, sine detrimento vel vsu rerũ ipsius, & istorũ quædam habent honorem annexum, vt sunt officia secularia, puta gerere magistratum Notarij vel

2.

Vicenotarij, in causis secularibus munus obire; ad hæc* 3. personæ Ecclesiasticæ non tenentur. Nemo enim militans Deo implicare sese debet negotiis secularibus per text: in capit: *Sacerdotibus*, & in capit: *Sed & procurationis*, tit. nè Cler. vel Monach. Quibus cõcordat Statutum illud Sigismundi Regis, Petricouiæ Anno 1538: latum, quo prohibetur nè spirituales iudiciis secularibus se immiscеant. Quædã verò neque honorem, neque vituperium aliquod habens annexũ, quæ dici possunt munera simplicia vel neutra, qualia sunt legationes, tutelæ vel curæ, & huiusmodi alia, ad quæ Ecclesiastici inuiti cogi non possunt, per text: in l. generaliter, 52. Cod: de Episc. & Cleric. attamen si volunt, possunt fungi hisce muneribus, idq; argum. text. in cap: *Peruenit*. 26. distinct. 88.

4. Quædam deniq;* munera personalia sunt sordida & inhonesta, quæ vilia quoq; appellari possunt, vt sunt cloacæ mundandæ calcis coquẽdæ, arenæ fodiendæ, fossati purgandi, & huiusmodi, de quibus in l. maximarũ, Cod. de excusat: muner: habetur; ab his non solùm Ecclesiasticæ personæ; verùm etiã mãcipia seu coloni Ecclesiarum sunt immunes, per text: in di. capit: *Generaliter*. § nouarum. 16. qu: 1. Et in l. placet. Cod. de sacros: Ecclesiis. quod multò clariꝰ ex cõstitutione Imp: Constantini, in l. omnis, 2. Cod. de Episcop: & Cleric: patet, cuius hæc sunt verba: *Omnis à Clericũ indebitæ conuentionis iniuria & iniquæ exactionis repelletur improbitas, nullaq; conuentio sit contra eos munerum sordidorum, & cum negotiatores ad aliquam præstationem competentem vocantur, ab his vniuersis isti usmodi strepitus conquiescat, si quid vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura* (*honestati tamen conscia*) *con-*

scia) congesserint, id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet, ad id, quod ex eorundem ergasteriis vel tabernis conqueri potuerit, & colligi, collectum id religionis existiment lucrum. Nec obstat l. neminem, 11. Cod. eodem, quæ vult, quòd in aduentu Principis, debeant solita ministeria exhiberi, licet ad sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant. Nã hæc lex posterior, non potuit derogare priori, in fauorem Ecclesiæ à Constantino concessæ: Ratio est, quia bona Ecclesiastica, quæ iure diuino sunt exempta, legibus humanis subiacere nõ possunt? cap. Si *Imperator*, distinct. 96.

5. *A*ut dicuntur onera patrimonialia seu realia, quæ videlicet sumptibus patrimonij, & damnis administrantis expediuntur: per text. in l. *Munerum*, fin in pr. ff de muneribus & honor. Exempli gratia, quòd nauis, aut curr', subditiuè Ecclesiastici ad militiam, vel aliud seruitium Reipub: vadant; & ad hæc Ecclesiastica bona non tenentur, quia non possunt ad illa onerari. Possessiones enim quę dantur Ecclesiæ, dantur Deo, & ideò secularis potestas, tanquam subdita, non potest statuere super rebus Deo dicatis, per text. in d. cap. *Quæ in Ecclesiarum*. tit. de Constitut. Cùm Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ, ac res ipsarum, non solùm iure humano, sed & diuino, á secularium personarũ exactionibus sint immunes, prout habetur, in cap. *Quanquam*. de censibus in 6. Quòd tamen * aliter se habet, si res 6.
vel bona, quibus imponuntur talia munera, habeant onus tale perpetuum annexum certum atque immutabile, antequam peruenirent ad Ecclesiam, idque siue ex dispositione publica, puta Principis, siue ex dispositione priuata,

uata, vt in tributo soluendo, per text in l: *Imperatores*. ff. de public. & in cap. 1. in fin. tit. de censibus; vbi innititur quòd quælibet possessio est onerata ad soluenda tributa; & sic Ecclesia quoque à talibus immunis esse non potest, quia res transit cũ onere suo, argũ. cap. *Postoralis*. tit: de decimis. Sin autem sint onera variabilia, & repentina, quæ in capita ex nouis edictis imperari solent, certum est Ecclesiam, vel Clericos, ad illa non teneri, per text. in cap. 1. §. 1. tit. de iure Patron. in 6. Panorm. in cap. vlt. tit. de Cler. nõ resid. Ratio est, quia talia onera imponuntur personæ, non habita ratione patrimonij, per text. in l. vnica cod. de capit: ciui. censib. eximend. lib. 11. Quales * in Regno annis superioribus, pro militibus Cõfæderatis fuêre contributiones seu exactiones illæ detestandæ, vbi Clerus contra ius & æquum, præter ordinaria tributa seu contributiones, ad extraordinaria etiam quædã subsidia, seu donatiua præstanda, inusitato, quodam modo, nullaq; habita ratione immunitatum Ecclesia. sticarum adigebatur. Licet enim imminente maxima necessitate Reipub. tales collectas Clero aliquando imponi posse non negarim: attamen non priuato laicorum mandato aut impulsu, sed seruatis seruandis, id fieri debere explorati iuris est. Primò enim necessariò requiritur consensus totius Cleri, & non sufficit solius Capituli; de inde, quòd laicorum facultates ad releuandum illud onus non suppetant, idque per text. in cap. *Non minus*. tit de immunit. Eccles. facit etiam text. in d. cap: *Grauem* tit. de sententia excommunicat. Denique requiritur hodiè, quòd fieri id debeat, sancta Sede Apostolica

7

ſtolica prius cõſulta, per text. in cap: *Aduerſus.* tit. de immunit. Eccleſ. quòd etiam in Cõſtit. Synod. Prouinc. tit. eodẽ probatur: alioquin pœna talium collectantium Eccleſias vel Clericos, eſt excommunicatio, per text. in d. cap: *Non minus.* Cæterum * ex his, quæ de impoſitione munerũ realiũ Eccleſiaſticis, ſubditiſuè illorũ ſuperiùs expoſita ſunt, facilè colligi poteſt, quantũ iuris, quantumuè æquitatis habeãt iſti noſtri legũ patriarum tam ſtrenui ꝓpugnatores, qui leges ſeu Cõſtitutiones illas de Scultetis & Aduocatis Spiritualiũ, tanto ſtudio, tantoq; conatu ꝓmouent, & ſingulis ferè Regni Comitiis pro illis tanquã pro aris & focis nimis acriter decertare ſolent, quaſi verò in eo robur totius militiæ ſolidiq; contra hoſtium incurſus præſidij ratio conſiſteret; cùm tamen res longé aliter ſe habeat. In memoriã * ſi quidẽ iſti reuocare ſibi deberent, Regni huius ſtatũ: eũ nimirùm duplici ordine, ſpirituali & ſeculari conſtare. Et quidem ſeculari defenſionem Regni merè & propriè incumbere; ſpiritualis verò officiũ eſſe, Deũ ſacrificiis & orationibus placare, religioſiſsimus ſimulque prudentiſsimus ille Princeps, Sigiſmundus primꝰ Rex, Petricouiæ in Conuentione Regni. A. 1544. authoritate ſua declarauit. Vnde cõſequens eſt * quòd quẽadmodũ perſonæ ſpiritualium, à ſeruitio militari immunes ſunt, ita bona quoq;, & ſubditi illorum exempti eſſe debent, vt potè, quę ad cultum tantũmodo diuinũ & ad vſũ Eccleſiaſticũ collata atq; dicata ſunt, per iura ſupra allegata. *Nam*, vt verbis illiꝰ quoq; tãti Cleromaſtigis, Priluſiũ intelligo, vtar, *libertas Eccleſi. omninò debet præſtari integra, nè ſcilicet domus Dei humanis ſubſint ſeruitutibus, vel miniſterium Euangelij ſacerdotum curæ commiſſum, hæreat,*

hæreat, ac viturbetur; Sacerdotes enim omnium ministri, ac salutis procuratores sunt, quam ob causam pij Principes, illorum ordinē primarium in Repub. esse volue. runt, á seruitutibusq; & tributis vná cum illorum fundis fecere exē. ptos. huc vsque Prilusius. En quàm studiosè, imò quàm piè atq; religiosè alter iste Balaam, dùm, profligare vult Clerum, eundem attollat, atque propugnet ipsius
11. immunitates? Verùm* omisso etiam istius Zoili testimonio, nō desunt alia plurima, eaq; antiquissima Regū atq; Principū huius Reipub. Ecclesiastico ordini indulta priuilegia, quæ si id iusta & legitima exigeret necessitas, nullo negotio in medium proferri possent; nunc vnū aut alterum, quo magis ac magis rei ipsius veritas eluceſcat, hic adscribere libuit.

Et primū quidē Boleslai Ducis Cracouien: & Sendomirien: sic se habet.

In nomine Domini Amen. Cùm vsus rerum temporalium, ac earum spacioſum dominium ad futuram gloriam promerendam, nil afferāt, nisi quatenus ad pias causas seu charitatis opera conuertuntur. Hoc solers nostrorū prædeceſſorū Principum prouidentia diligenter aduertens, pro eadē conſequenda gloria, diuini cultus intuitu, miriſicas extruxit Eccleſias, tám Cathedrales quàm Collegiatas, quám etiā religioſorum & ſecularium plures Eccleſias, villis, poſſeſsionibus prouentibus, ac bonis aliis, ſecundū exigentiā cuiuslibet ipſas copioſe dotando, variis libertatibus & priuilegiis decorando. Nos etiā Boleſ. Dei gratia Dux Crac: & Sandomir: tā ſalubribus eorū veſtigiis inhærere volentes, vná cū Sereniſsima genitrice noſtra Grimiſlāvá, de maturo cōſilio & conſenſu noſtrorū militum decernimus, & pmittimus, libertatēs & priuilegia quælibet, per Nos alias, & per noſtros prædeceſſores conceſſas Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis

stasticis quibuscunque, perpetuó inuiolabiliter obseruare. Quinimó quæ á nonnullis nostris prædecessoribus obmissa, neglecta seu etiam immutata sunt supplere ac reformare volentes ad Omnipotentis Dei gloriam & honorem, & beatæ Matris seu virginis gloriosæ, sanctorumq; Martyrum Venceslai & Stanislai Pontificis Cracouien: Ecclesiæ Patronorum, & in remissionem omnium nostrorum peccaminum; necnon protunc Venerabilis Patris nostri, Domini Prandotæ, Dei gratia Cracouien: Ecclesiæ Antistitis intuitu, eidem Ecclesiæ Cathedrali, cæterisq; Collegiatis, secularibus, religiosis, & alijs quibuslibet Ecclesijs, in nostro Dominio constitutis, hanc concedimus libertatem, vt in villis, possessionibus, & prouentibus, & quibuslibet bonis suis olim sibi acquisitis & in posterum quocunq; titulo acquirendis ab omni seruitio, seruitute, angaria, vexatione, thelonio, solutione, collecta, exactione, generalibus vel specialibus, quocunq; nomine cẽ seantur. *nec non á iurisdictione omnium Castelanorum Palatinorum, & quorumlibet Iudicum, sint perpetuò á nobis & nostris successoribus, prout & á Nobilibus nostris penitus liberæ & exemptæ, vt sic ea, quæ dicti prædecessores nostri singularibus impenderunt Ecclesijs, nos in testamentum sempiternum generaliter omnibus Ecclesijs impendamus. Insuper, vt Episcopus cũ Clero suo possit diuinis laudibus liberiús insistere & inuiolare, præsertĩ hostilitatis tẽpore orationibus, ipsũ qui per tẽpora fuerit Episcopũ, & Capitulũ suũ, totũq; Clerũ ab expenditione qualibet intra vel extra terminos nostros perpetuó volumus esse liberos & exẽptos: ita videlicet, quod de villis, possessionibus, & aliis bonis suis Eccle. venire personaliter,* aut aliquos homines ad expeditiones mittere teneãtur. *Hoc duntaxat excepto, quod tẽpore incursus subiti Lithuanorũ, de Kielcien: & Tarsien: Castellaniis, Episcopus homines suos ad expeditionem, prout in quodã alio nostro Priuilegio distinxímus*

ximus, mittere teneatur. Quas etiam Castelanias, prout & alias per nostros prædecessores olim prædictæ Cracouien: Ecclesiæ attributas, ab omni alia expeditione, seruitio, seruitute, angaria, vexatione, Statione, solutione, axactione collecta, thelonio, & iurisdictione generalibus vel specialibus quocunq; nomine nuncupentur, á nobis & nostris successoribus atque á Castellanis. Palatinis, & Iudicibus quibuscunq; perpetuó volumus esse liberas & exemptas. Ita quod Episcopus prorsus in eis gaudeat iure ducali & militali, in venando, piscando, & alia quæcunque voluerit faciendo, quæ nostri prædecessores olim facere consueuerunt, cum omni iure dominio & honore. Insuper quæ in dictis Castellaniis iura & Strationes, in quodam alio Priuilegio nobis & nostris successoribus in signum dominij reseruauimus, ex præmissis causis per præsens priuilegium relaxamus. In cuius rei perpetuam memoriam præsentem paginam nostri sigilli authentici appensione, per manum Twárdoslai nostræ Curiæ Subcancellarij, duximus roborandam. Actum & datum in colloquio iuxta Sandomiriam in Błonie celebrato, Anno D. Millesimo, ducent. Quinqua. octauo Idus Iunij. Præsentibus nostris Nobilibus infrascriptis: Adam Castellano Cracouien. Segneuo Palatino Sandomirien. Nicolao Palatino Cracou. Boguslao Castel: Sandomirien. Bogutha Castel: Wiślicen Petro Castel: Lublinen Vislao Castel: de Mátogosth. Iacobo Castel: de Woynicz. Petro Castel: de Czechow. Ioanne Iudice Sandomirien. Nicolao Iudice Crac. Varschio Dapifero Sandomirien. Falislao Pincerna Sand. Gniewomiro Dapifero Crac. Pełka Subcam: Crac. Laurentio Subdapifero Sand. Michaele Subdapifero Crac. & alijs militibus infinitis. Alterum verò Casimiri Regis, in quo prioris quoq; fit mentio, eius est tenoris.

In nomine Domini, Amen.

Quoniam

Quoniam hanc sibi legẽ principum Nobilitas quoddammodo ponit, vt debere se quod spontè tribuit existimet, & nisi in beneficiis creuerit, nihil se præstitisse putat. Hæc animae puer tẽtes nonnulli Principes Cracouien. & Sandomirien: Terrarum, Domini prædecessores & progenitores nostri, pia deuotione ad honorẽ Omnipotentis Dei per quem Reges regnant, & Principes dominantur, Ecclesiam Cracouien: Cathedralem, & alias Collegiatas, & inferiores sibi subiectas primitus fundantes. Vniuersis possessionibus, Oppidis, Castellis, Villis, in subsidiũ Episcopi eiusdem Ecclesiæ & Cleri, in opus & ministerium Dei electorum dotauerunt; sicut in ipsorũ Priuilegiis inde confectis plenius cõtinetur. Quorum vestigiis, Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ inhærere cupiẽs quamuis villas Episcopales quasdam, scilicet Rádlow, Vswã, Besadky, Zawádá, Przedsczycá, lodłowa, Páseczna, Nemsyno, in qua hæreditate locatæ sunt duæ villæ, videlicet Rzepennik & Rosumberk, czynow, & Bukowe, recipi & intromitti de eisdem nostris officialibus mandassemus, non causa omnimodæ retentionis, sed ius seruitutis Regalis in eisdem requirentes, quia dicebantur esse Militales, & ad Ecclesiam Cracouien. cum suis oneribus trãsiuisse. Tamẽ nũc plena veritate cognita, eas dẽ villas, Venerabili Patri D. Bodzate Episcopo & Ecclesiæ Crac. restituimus ex integro, ipsas & incolas earum præsentes & futuros, ab omnibus oneribus. seruitutibus seruitijs, laboribusq; angariis & proangarijs Regalibus, *de mera liberalitate nostra ex nunc in antea penitus absoluentes & liberantes omnino, easdem villas & possessiones frui & gaudere volumus illis libertatibus & exemptionibus, quibus fruuntur & gaudent omnes aliæ possessiones & villæ Ecclesiæ Cracouien: præsenti patrocinio & perpetua firmitate roborantes, in nomine Domini confirmamus. Cæterũm quia Dux Boleslaus, claræ memoriæ Auus noster,*

Cracouien: & Sandomirien: terrarum Dominus. dans & concedens Episcopo & Ecclesiæ Cracouien: iura, libertates, immunitates diuersas, sibi in Tharsen: & Kelcen: Castellaniis quandam reseruarat seruitutem, videlicet dum per Tartaros, Ruthenos, Schismaticos, vel Lithuanos terra Sandomirien: hostiliter vastaretur, Episcopus de eisdem Castellaniis, homines suos bellicosos, in defensionem cum cæteris terrigenis mittere tenebatur; sed quia hæc nimis onerosa ipsi Episcopo & suis hominibus videbantur Nos volentes, vt idem Episcopus cum Clero suo, maximè hostilitatis tempore deuotiùs orationibus intendant, ipsum & successores suos, ac prædictas Tharsen: & Kielczen: Castellanias, & homines quoslibet in eisdē degentes, præsentes & futuros, á præfatis seruitutib. videlicet *Pogon* & á mittēdis hominib. contra Tartaros, Ruthenos, & Lithuanos ex nunc absoluimus & liberamus omninò. *Ita quod de cætero homines pugnaturos Episcopus & sui successores de eisdem Castellanis mittere minimè teneantur. His autem mūificentiis gratiarum, prænominatus Dominus Bodzánthá Episcopus Cracouien: prænimiè consolatus, nobis pecuniarū Quingētarum Marcarum quātitatem, ob respectū donationis supradictæ obtulit & donauit gratioſe & Villā suæ mēsæ Episcopalis Smarsowice dictā vulgariter, pro dimidietate villæ nostræ Paulipolrāba dictam, prope Vswam permutauit & donauit, cū ex̄presso consēsu sui Capituli Craco: volentes & decernentes præsentibus scriptis quod eadem mediatas villæ Pauliporāba prout circumferentialiter in suis limitibus est limitata & distincta, & homines degentes in ipsa nunc & in futuro eadem libertate gaudeant, qua cæteræ villæ Episcopales Ecclesiæ Craco: gaudere & vti diutine cō sueueruut. Quemquidem Episcopū, Capitulumq; & Ecclesiam Cracoui: nos in Regiam gubernationē suscipientes, promittimus bona fide strenue defensare*

nue defensare ab omnibus molestiis, violentiis, & iniurijs, quorumlibet hominum, vt meritis B. Stanislai Martyris gloriosi, eiusdem Ecclesiæ Patroni, Deus omnipotens gratiam nobis tribuens, in præsenti dies vitæ nostræ adaugeat felicibus incrementis. In cuius rei testimonium & euidentiã plenioré, præsentes literas dari fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum Cracouiæ feria secũda in Rogationibus, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Quinquagesimo Quarto. Præsentibus his testibus, Ioanne Iura Palatino Sandomirien. Czenkone de Lipá summo Marschalco Morauiæ Zbigneo Craco: Floriano Lancici: Cancellarijs. Ioãne Woynicien. Raphaele Vislicien. Stanislao Malogoscen: Castellanis. Petro Tribuno, Grotone Subpincerna Cracoui: Petkâ Subagazone Sandomirien: & aliis multis fide dignis. Datum per manus Domini Sbignei Cancellarii nostri prænotati Scriptum autem per Notarium Curiæ nostræ nomine Pribislaum.

Quinimò quod magis est, ipsis aliquando Ecclesiasticis vltrò & spontaneè pro defensione patrię subsidia armatorum mittentibus, ne ea res in sequellam trahi posset, solennibus Regum atq; Principum Poloniæ cautionibus prouisum fuisse, vel ex hisce diplomatibus manifestè appareat quorum is ast tenor.

Vladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracouien: Sandomirien. Lancicien: Kuiauiæ Lithuaniæ Princeps, supremus Pomeraniæ Russiæq; Dominus & Hæres Significamus tenore præsentiũ quibus expedit vniuersis, quomodo Venerabiles in Christo Patres, Dominj Nicolaus Gnesnẽsis Archiepiscopus, & Albertus Episcopus Cracouiensis Ecclesiarum, videntes & sentientes grauia & intollerabilia incommoda, & iacturas, Regno nostro Poloniæ ex disturbijs guerarum per Cruciferos exortis de Prussia, Nobis & Regno

nostro motarum, in posterum immi-*nere, ad petitionem nostram & requisitionem specialem, liberè & sponte sine derogatione iurium & libertatum Ecclesiarum prædictarũ, quilibet ipsorum cum vno Banerio seu vexillo armatorum hominum, contra insultus hostiles Regni nostri, & defensione patriæ propriæ, subsidium nobis fecerunt & subuenerunt. Et nè ipsorum sincera & deuota intentio quam habent, vt præmissum est, pro defensione patriæ, trahatur in malam consuetudinem & sequellam; Bonumq; pro commodo Regni, & pro vtilitate Ecclesiarum, per ipsos factum in malignitatem conuertatur, & per consequens iura & libertates Ecclesiarum infringantur, tenore præsentium promittimus & vouemus,* quòd amplius & admodum talia subsidia armatorum contra iura & libertates Ecclesiarum, *ab eisdẽ Dominis Nicolao Archiepiscopo Gnesnen: & Alberto Episcopo Cracouien: & eorum successoribus nolumus exquirere, sed potius ipsorum Ecclesias circa iura & libertates, cum omnium deuotione conseruare, imó & pro istis seruitiis & subsidiis per ipsos nobis pro tanta necessitate Regni & Coronæ nostræ exhibitis & impensis, ipsis dignæ satisfactionis volumus gratam facere recompensari; harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarũ. Actũ in loco Statiõis, quã cũ exercitib⁹ nostris fecimus ãte oppidũ Zakroczym, in vigilia B. Iacobi Apostoli, A. D. Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo. Præsentibus validis viris, Cristino Castellano Crac. Ioanne de Tarnow Crac: Nicolao de Michałow Sandomirien: Palatinis. Michaele de Bogumiłowice Sandomirien. Christino de Koziegłowy Sandecen: Ioanne de Tolischow Calisien: Castellanis. & Bartosio Włotkonis Subcamerario Sandomir: multisq; aliis nostris fidelibus fide dignis. Datũ per manus prædicti Venerab: in Christo Patris, Domini Alberti Episcopi Crac Regni Poloniæ Cãcel. Dominus REX per se.*

Alterius

Alterius verò similis cautionis ea est verborum series. *SIGISMVNDVS Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, totiusq; Prussiæ &c. Dominus & hæres. Manifestũ facimus tenore præsentium Quia cum anno superiore primum Turci, deinde Tartari validissimis copiis Regnum nostrum adorti essent: & omnia in terris Russiæ ferro ac igni vastassent. Nosque in tam inopinato casu coacti essemus, mota duntaxat Nobilitate terrarum minoris Poloniæ, & delectu decimi cuiusq; ex plebeis omnibus, earundem terrarum facto. Nos vtcunque hostibus obsicere, & tantam subditorum nostrorum calamitatem, & discrimen Regni propulsare. Idq; considerans Reuerendus in Christo Pater Dominus Petrus Episcopus Cracoviensis & Regni nostri Vicecancellarius, nolens nobis pro fide sua erga Nos, & amore patriæ, in tanto periculo deesse, similem nobiscum decimi cuiusque omnium subditorum suorum & totius Cleri sui delectum fecisset. Militemq; insuper ipse centum equorum nobiscum expediuisset. Nolentes nos, vt pro gratia quam illi debemus, ob tam insigne meritum erga Nos & Rempublicam nostram exhibitum, aliquid hoc exemplo detrimenti acciperet in priuilegiis & immunitatibus suis & Ecclesiæ suæ præsentibus literis nostris testandum duximus, & testamur ingenuè, ipsum Reuerendum Dominum Episcopum, & eius Clerum Ecclesiæ Crac. prædictam expeditionẽ gentium suarũ, non ex vllo debito vel coactione nostra, sed merè motu proprio, & ex libera sua voluntate fecisse. Proindeq; hanc rem nullum exemplum in posterum, quod libertatibus & priuilegiis huius Ecclesiæ officere posset trahi debere. Quinimo obsequium hoc tam pium in nos & Rempublicam nostram præstitum pollicemur ipsi Domino Episcopo & eius Ecclesiæ, Veberima gratia, & patrocinio nostro Regio semper referre. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum*

Petri-

Petricouiæ in Conuentu generali, feria quinta post Conuersionis S. Pauli. Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Vigeſimo ſexto, Regni noſtri anno vigeſimo.

Sigiſmundus Rex.

Relatio Magnifici Chriſtophori de Szydłowiec Palatini & Capitanei Crac. & Regni Poloniæ Cancellarij, Siradien: Sochaczeuien: Goſtinen: & Nouæ ciuitatis Korczyn &c. Capitanei &c.

Cùm itaq; ex his manifeſtò appareat, Eccleſiaſtica bona, eorumuè ſubditos ad præſtanda onera militaria nõ obligari: mirabilis certè auditu res eſt, cur à ſecularibus, (quibus munus hoc militandi etiã expręſcripto Priuilegij Ludouici Regis proprié incumbit) Eccleſiarum Sculteti & Aduocati ad ſubeundã militiã tantoperè adigantur? Cùm quod ipſi ferre debuerant onus, alijs portandi illud neceſsitatem imponant, idq; cõtra fas & ęquum. Fateor * equidem Statuto Caſimiri Magni Viſlicię Anno 1368. condito, omnes indifferenter Sculletos & Aduocatos, tam ſpiritualiũ quàm ſecularium, ad obeundum ſeruitium bellicum ad ſtringi; attamen poſtmodum Statutis poſterioribus Sigiſmundi Anni. 1538. & Sigiſmundi Auguſti Regum, Anni 1550. quoad ſpiritualium Sculletos, & Aduocatos id ad hunc modum, (niſi á tali neceſſitate bellica liberentur ſpeciali aliquo iure vel priuilegio) reſtrictum fuiſſe, liquidò conſtat. Qualiter autem bona Eccleſiaſtica, illorumuè ſubditos, ab oneribus iſtiuſmodi iura eximant, paulò ante probatum eſt. Aç inſuper * cũ poſt tot ac tantas de Sculletorũ & Aduocatorum in bellum expeditione, interſtatum ſecularem, & Ordinẽ Eccleſiaſticũ agitatas controuerſias lege publica Anni 1563. cautũ reperiatur, omnes huiuſ- 12 13.

huiusmodi Aduocatias & Sculteias, tam videlicet in bonis secularium, quàm spiritualium, existentes, iuri exemtionis obnoxias esse: nescio qua fronte seculares ordinem Ecclesiasticum amplius hoc nomine incusare possint? cùm quod ipsi nullo planè seruitij militaris (cuius tamen præcipua cura ad illos spectat) respectu habito, ex huiusmodi Sculteiis & Aduocatiis, pro libitu subditos suos extrudãt, eas Ecclesiasticis, à subditis quoque illorum redimere iusto & legitimo pretio, nefas esse contendant. Turpe verò est Doctori, cùm culpa redarguit ipsum.

14 Extant * præterea, etiam alia antiqui ora, vt potè Casimiri Magni Anni 1368. tum & Vladislai Iagellonis Regũ, Anni 1423. de huiusmodi Sculteis statuta, quæ de rebelli & inutili Sculteto removendo disponunt, quod nimirum dominus in hæreditate sua habens talem Sculterũ, possit ei præcipere, vt vendat Sculteiam cui vult, vel si non inueniat emptorem, ipse dominus persoluto iusto pretio seu valore Sculteiæ, illã pro se obtinendi habeat facultatem: quæ statuta passim in Regno practicari videmus.

15 Ac proindo * meo quidem iudicio, Domini seculares de statu Ecclesiastico, eo nomine conquerendi, ac si per illũ defensio Reipub: impediatur, vel diminuatur nullã omninò aut exiguã valdè causã habere videntur; accedente præsertim eo, quod Eccles: ordo cõtributionis publicas, pro cõducendo milite stipendiario, (quo potissimùm his temporibus res militaris constat) non tantùm ex bonis & prædiis, verùm ex decimis quoque sibi adscriptis, contra ius & æquum, non inuitus tamẽ in gratiam secularium præstare solet.

re ſoleat: atque ſi huius rei æqua ſolidaque iniretur ratio, facilé animaduerti poſſet, quod inuerſo rerum ordine, pro ſecularibus, ſpiritualium ordo, vnà cum miſellis ruricolis & colonis, tam præclari atq; pij muneris defendendę patrię, non poſtremas partes ſuſtineat, neque tamen pro ſua modeſtia ſecularibus, ob eam inequalitatem moleſtus eſſe intēdat.

QVÆSTIO VIII.

An articulus Confederationis Anno 1573. de pace inter diſsidentes in religione tenenda, ſub Interregno editus, & in volumen Conſtitutionum Regni inſertus, legis vim habeat, necné?

SVMMARIA.

1. *Legis definitio quæ moribus & iuribus Regni conueniat.*
2. *Lex qualis eſſe debeat.*
3. *Iuſtæ vel iniuſtæ leges quæ dicantur.*
4. *Leges vt habeant vim obligatiuam, quæ requiruntur.*
5. *An Confederatio Anni 1573. ad normam ferendarum legũ aptari & nomen legis mereri poſsit.*
6. *An dicta Confederatio ſit honeſta.*
7. *Libertas credendi, eſt libertas errandi.*
8. *An confœderatio diſsidentium in religione ſit iuſta.*
9. *Diſcrepantes de Religione ſententiæ, animorum diſſenſiones pariunt.*
10. *In Eccleſiaſticis rebus ſolus tãtummodò ſummus Pontifex condendi legem habet poteſtatem.*
11. *Confœderatio in cauſa Religionis, á ſecularibus tantummodó*

modó lata fuit, reclamantibus spiritualibus.

12 & 16, Confederationis in causa religionis, quis sit sensus?

13 Libertas religionis, iuri diuino & naturali repugnat.

14. An hæc Confœderatio sit possibilis?

15. Inter fœdus & confederationem differentia.

17. Fautores hæreticorum in bulla Cœnæ Domini anathemati subijciuntur.

18. An confœderatio sit secundum naturam.

19. Imperatoris Constantini Magni de diuersitate religionum sententia.

20. An confœderatio sit secundū patriæ consuetudinem.

21. Legum & statutorum Regni authoritates, quibus ostenditur, Prælatos & Statum spiritualem ad ferendas leges semper pertinuisse.

22 Confœderatio noua á quibusdam secularibus fuit concinnata, idá pbatur protestationibus.

23. Protestatio contra confœderationem Parisijs ab Episcopo Posnanienſi, & alijs Catholicis facta.

24. Diploma Henrici Regis, quo admittit protestationem contra confœderationem interpositam.

25. Protestatio status spiritualis, & Ordinum Regni contra confœderationem in Coronatione Regis Henrici.

26. Confœderatio circa confirmationem iurium ab Henrico Rege non fuit approbata.

27. In confirmntione electionis Regis Stephani, de confœderatione nihil actum fuit, sed in confirmatione demum iurium, eius rei fit mentio.

28. Sub interregno post mortem Stephani Regis in Conuentu Cracouien: articulis confœderationis insignes quidam viri cū protestatione subscribunt.

29. In conuocatione generali Varsouien: moderni Regis eligendi causa indicta, Episcoporum subscriptiones cū protestatione

contra confœderationem.

30. *Confœderationis Corczynen: quæ fuerit forma, quanè solẽnitas.*

31. *Confœderationes particulares contra hæreticos in Palatinatibus initæ.*

32. *Regum Poloniæ contra hæreticos sanctiones promulgatæ.*

33. *Noua posterior confœderatio, an prioribus confœderationibus atque edictis Regum deroget.*

34. *Confœderatio noua iuramẽtis Regum Poloniæ qualiter fuerit approbata.*

35. *Oppressio dissidentium in religione qualis sit.*

36. *Ciuitates & oppida Regni, quare nouas synogogas ædificare non admittant.*

37. *An dicta confœderatio sit loco temporiq; conueniens.*

38. *An hæc confœderatio sit vtilis & necessaria.*

39. *Pax quæ in confœderatione offertur, an sit vera pax.*

40. *An confœderationis istius formula sit manifesta.*

41. *An confœderatio non priuato cõmodo, sed pro communi ciuium vtilitate sit conscripta.*

LEgem DD. * iuris alii aliter definiunt idq; secundùm iura & consuetudines conuenientes cuiq; Reipub. At quæ definitio, argumento propositæ quęstionis, & iuribus Regni huius magni sit accõmodata, præter eam quam S. Thom: 1. 2. q. 90. pponit, non reperio. Est enim lex secundùm eundem, ordinatio rationis ad bonum commune, Prouinciæ, vel Regni, à tota multitudine aut gerente vices eius, de iure non de facto promulgata. Vnde colligitur quod authoritas cõdendi legem vel statutum in temporalibus, pertineat ad totam multitudinem vel ad personã publicam illius Regni vel Prouinciæ, quæ vices gerit, & curam habet totius multitudinis, per text: in §. 1. & 2. Instit: 1.

Instit: de iure natur. Qualis
2 verò * lex esse debeat præclarè in cap: 2. distinct: 4. declaratur his verbis: *Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundũ naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporiq; conueniens necessaria, vtilis, manifesta quoque, nè aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo sed pro communi ciuiũ vtilitate conscripta.* Alioquin iniustæ, impossibiles, inutiles, & discordes leges; non leges, sed Tyranicæ constitutiones sunt appellandæ, vt inquit ille Ecclesiastici ordinis antagonista Prilusius in præfatione ad artic: 3. lib. 1. cap: 2.

3. Quæ * autẽ leges iustæ vel iniustæ censeri debeant, ex quatuor potissimum causis cognosci potest. Et primùm ex fine lex iusta est, quando meré & simpliciter ordinatur ad bonum commune, non autem ad priuatam vtilitatem statuentis, vel cupiditatem aut gloriam. Deinde ex causa efficienti iusta lex est, si statuens vel condens legem, non excedit suam iurisdictionem, quia scilicet eam statuit suis subditis, non autem iis, in quos non habet potestatem; putà, si laicus quicunq; etiam Rex aut Imperator, facit legem etiam super Clericos. Tertiò ex forma lex iusta dici potest, quando æqualiter & proportionaliter omnib' imponitur, ità vt non aliqui aleuientur, aliqui nimium aggrauentur. Deniq; ex materia lex illa habetur iusta, quæ fit de rebus iustis, licitis, & honestis, non autem contra; puta, quando fit contra ius naturale aut diuinum: quia tunc huiusmodi leges iniustarum nomen obtinent. Vnde primò * requiritur ad hoc, 4.
quòd leges habeant vim obligatiuam, vt sint iustæ & rationi consentaneę. Rationi verò cõsentaneum est, quicquid

quid religioni conuēit, quicquid disciplinę cōgruit, quicquid saluti proficit, vt habetur in cap: *Consuetudo.* 5. dist. Secundo requiritur, vt publicè omnibus, qui ferendę legis potestatem habent consentientibus, promulgentur, atq; ab omnibus subditis sint susceptę & approbatę. Panor: in cap. 1. titul. de postul: prælator. per text: in cap. *In istis.* 3: distinct: 4. His itaque* de modo ferendarum legum publicarum pręmissis, videndū est, num dicta Confederatio ad normam & præscriptum istius modi iurium aptari, & per consequens legis nomen mereri debeat aut possit; Lōgum certe atq; nimis tędiosum videtur, singillatim ac ordine examinare ea omnia, quæ de recta & iusta legum condendarū forma, superiùs dicta fuerunt, at quia in iis potissimùm huius quæstionis cardo vertitur, operę pretium est, rem per capita seu membra discutere. Et in primis* an ea Confœderatio sit HONESTA. inquirendū est; Sanè quando leges non eò collimant & referuntur, vt promoueantur virtutes, sed vt vitiis atque malicię pateat campus, nulla ratione huiusmodi leges honestę appellari possunt. Eam verò Confœderationem, qua libera cuiuscūque religionis (vel vt potius dicam, portentosæ & abominandæ cuiusuis de religione opinionis) professio permittitur: turpissima malitię studia, venenataq; pharmaca in se continere, atq; non solùm Rebuspub. sed etiam singulis Ciuibus exitiosam, paciq́ue publicę inprimis inimicam esse, nemo ambigere potest. Nam libertas* credendi nihil aliud est, quàm libertas errādi & quidem errrandi in re vna omnium periculosissima; vt potè, ex qua vniuscuiusq; pendet.

5. 6. 7.

pendet salus & sequitur interitus. Quod quidem multò grauius atq; turpius crimen est, quam quęuis alia etiam horrenda flagitia. Quare colluuiem hanc religionum difformium, non ab honestate aliqua profectam sed ab inferis reuocatam, minimèq; esse ferendam, vel ipsorum hęreticorum, maximé veró illius non postremi nominis hęresiarchę Theodori Bezæ testimonio ostenditur. Ita enim ille, nescio quo spiritu afflatus, in sua Epistola Theolog. pag: 20. & 21 de his scribit: *Libertatem conscientiæ permittere, sinere vnumquemq; si velet perire, diabolicum dogma est? & hæc illa est diabolica libertas, quæ Poloniam & Transyluaniã hodie tot pestibus infecit, quas nullæ alioqui sub sole regiones tollerarent.* Hæc ille. Eiusdem indignitate rei motus ipse Caluinus, Seruetũ hæresiarcham, qui sanctissimam Trinitatem blasphemabat, nequaquam tollerandum esse iudicans, hæreseos damnatum, Anno Domini 1555. Geneuæ viuum flammis exuri curauit. Idem Gentili hæretico, in ciuitate Bernensi Heluetiorum, Caluinismo infecta, Anno Domini 1566. euenisse proditum est.

Secundó quæritur, * an sit IVSTA? De iustitia vel iniustitia confœderationi ex iis, quæ de causis, iustas leges efficiẽtibus superius dicta sunt facilè iuditium sumi potest. Nam quod ad primam causam, nempé finalem attinet, confœderationem eiusmodi bono communi, saluti, paciq; publicæ, non modò non conuenire, sed omninò esse contrariam, quis non videt? Quanta enim incommoda, quantæué perturbationes rerum omnium, ex perturbata & immutata, ac tam variis, tamq; portẽtosis opiniõibus discerpta sacrosancta religi- 8.

one

one Catholica, publicè & priuatim sequutæ sint, res ipsa demonstrat. An non eò ampli⁹ prętextu tali lis legis, (quod nunc quidem priuata authoritate fieri videmus) in oppidis siue pagis illorum; qui libertatem cuiusuis cultus sibi permitti postulant, hominib. Catholicam religionem antiquitus profitētibus, liber ipsi⁹ vsus denegaretur? an fundationes á maioribus piè ac religiosè institutæ Ecclesiisq; Catholicorum adscriptæ. hac credendi quiduis libertate non conuellerentur? decimę censusq; Ecclesiastici, an per summam vim & iniuriam nō subtraherētur & in vsus horribilium huiusmodi sectarum non conuerterentur? Sacerdotes, Parochiis atque bonis suis an non spoliarentur? ac denique in subditorum non corpora modò, sed etiam in animas ipsas crudelissimè an non sæuiretur? dum videlicet ii, non ad sua templa Catholicæ religioni consecrata, sed ad synagogas diuersarum sectarum, grauissimis propositis pœnis compellerentur? Accedit * etiam illud, quod discrepātes de religione sententiæ, animorum quoque & voluntatum dissensiones pariant, quæ contentionum, rixarum, bellorum, rapinarum luculentissimam materiam prębere, & ad extremum Regnorum & Prouinciarum tali confusione cōtaminatarum, certissimi interitus causa proxima esse soleant; vt enim cōtrarii & corrupti humores febrem corporum; sic contrarii in religione affectus febrem atque pernicioſam pestē pariunt Rerumpublicarum. Testis est Germania, quam tot annis hac pestifera lue cernimus esse labefactatam. Testis Gallia, in qua hæc eadem pestis, quas æuo nostro non excitauit turbas, quæ non calamitatum 9.

mitatum incendia? testis insuper misera Hungaria, quam nihil aliud, nisi hæc diuersarum religionũ colluuies perdidit penitusque euertit. Et quid deniq; dicam de nostra Polonia, quæ etsi primum quidem in sinceritate religionis Christianæ plurimos annos firmè & constanter perstiterit: factum est tamen, vt successu temporis, maximè verò superiorum Regũ ætate, è vicina Germania atq; Bohemia Lutheri, Caluini, aliorumq; hæresiarcharum prauis opinionibus, velut exitiosa quadam contagione afflata atq; infecta, teterrimum illud perditorum hominum genus reciperet, quod pestilenti afflatu suo omnia contaminare, & pernicioſissimum virus suum longè latèq; spargẽdo, è Regno & ditionibus illicõiunctis, verum Dei cultum, quo vno æternæ vitæ spes cõtinetur, exterminare conaretur. Horret ac refugit animus memorare quas illæ pestes ac furiæ, ab humani generis hoste immissæ tempestates, quas discordias & dissensiones, quot malorum illiades in Poloniam intulerunt, profana facta, euersa, ac desolata templa, aliaq; loca sacra atq; religiosa, bona Ecclesiastica nefariè direpta, & in priuatorum vsus conuersa, authoritas sedis Apostolicæ, cuius supra cæteras gentes Poloni studioſissimi semper fuerunt, summa impietate contempta, iura ac priuilegia Ordinis Ecclesiastici labefactata, omnia denique diuina & humana fraudibus ac temeritate illius tam perfidi, & Catholico nomini sẽper iniqui infestiq; cœtus, turbata atque confusa.

Constat * insuper eam cõfederationem esse iniustã ex causa efficiente, quandoquidẽ in Ecclesiasticis & spiritu-

alibus

alibus reb' omnibus, maximè verò quę concernunt religionē, nullus præter solum summum Pontificem, habeat facultatem condendæ legis (vel vt magis propriè dicam) canonis seu constitutionis Ecclesiasticæ. Quod etiam ad Concilium generale, si authoritate summi Pontificis sit indictum pertinet, per textum in cap. *Regulæ*. distinct: 3. & in cap: *Translato* 3. tit de Const. Quātum enim quis habet de iurisdictione, tantum habere potest etiam de authoritate cōdendi legem vel statutum Nam Potestas statuendi legē dependet à iurisdictione atq; imperio statuentis, & subiectione quo ad eum in quem statuitur, gloss: & Bart: in. 1. ff. de iurisdict: omn. iudic.

11 Ex his *opinor liquet, confœderationem hāc a seculari tantūmodó statu, reclamantibus spiritualibus in causa religionis latam, nullius esse pōderis; vtpotè quod talem cōdendo legē, excesserunt modum suæ iurisdictionis. Cùm alias iudicium falsæ religionis aut doctrinæ in hoc Regno, antiquissimo iure, puta ab ipso exordio Christianæ religionis, ad ordinem Ecclesiasticum pertinuisse certum sit: quod etiam Statuto Sigismundi primi Anni 1543. probatur his verbis: *Inprimis ad spiritualium iudicium pertinet, iudicare differentias fidei sanctæ Christianæ, hæreses schismata, blasphemias contra Deū, & apostasias* Nec quisquam eò moueatur quod in capite istius confœderationis adscripta sint hæc verba. *Nos Consiliarii spirituales & seculares, &c.* Id enim ex vsitata potiùs quadam formula constituendarum legum, ab ipsis cōpilatoribus huius confœderationis, quam vt reuera status spiritualis huic rei assensum præbuerit, appositum esse, tot protestationes & contradicti-

traditiones vniuersi cleri, & nonnulorum Ordinum Regni probant, quæ quorsum interpositæ essent, si negotium hoc vnanimi omnium Ordinum consensu peractum fuisset? alioquin proferendæ essent subscriptiones istorum articulorum, ex quibus rei veritas eluceret. Sed neque quoad formam iustæ legis nomen sortiri potest ista confœderatio. Nam quæ maior inæqualitas dici potest, quàm vt quod quis sibi fieri non vult, ab alio id mordicus exigat? Is siquidem * istius confœderationis sensus esse videtur, vt nouatoribus quarumuis religionum vbique locorum in Regno impunè vagari, dogmataq; sua disseminare liceat, Catholicis verò, auitam & pristinam religionem & eius iura tueri nefas sit. Quod ita se habere non solum externa & peregrina, sed domestica etiam testantur exempla. 12.

Quotus quisque enim est Euangelicorum, (vt se ipsi appellant) qui subditis suis Catholicæ religionis vsum non prohibeat, eosq; propositis pœnis seueriſsimis à vero Dei cultu non abstereat? An non vnicuique etiam infimæ sortis homini, legis istius (in quantum lex dici potest) beneficium integrum illæsum uè esse debuerat. Cur igitur quod sæpius non sine lachrymis fieri videmus miselli subditi à dominis suis templa Catholica, quæ aliquando longis itineribus vltro adire malunt deserere, atq; veluti fidē Catholicā abiurare cogūtur? En quàm bella iustitia, & quàm proportionata sit istius legis æqualitas? Nec minor proculdubio est illa quoque Catholicorum omnium iniuria, quod templis, Parochiis, beneficijs thesaurisq; Ecclesiasticis spoliati, obstā-

te huius articuli dispositio-

ne, nõ solùm ea repetere, sed nè mutire quidem de his debeant. Compositio seu potius restitutio in integrum ordini Ecclesiastico eo nomine seruiens, de die in diem differtur, variisq; artibus eluditur, interim templa, fundationes, thesauri Ecclesiæ, ab istis sectariis (proh dolor) possidentur: ita vt iam ipsi tripudiare, Ecclesia verò Catholica, & ordo spiritualis merore contabescere videatur. Iustitia denique legum, vt superius dictum fuit, cognoscitur ex materia ipsius rei, de qua leges conduntur, putà si de rebus licitis & honestis fiant, neque legi diuinæ aut naturali repugnent. Et quid quæso* magis iuri diuino aut naturali contrarium esse potest, quàm hæc religionis libertas? Nam cùm præceptum Domini sit, vt is qui blaspemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. Leuit: cap: 24. quæ pu-

13.

tas maior impietas, quæ vè magis execranda blasphemia inueniri potest, quàm si non modò Lutheranismus & Caluinismus, verùm & Anabaptismus, & Trideismus, imò & Atheismus, aliæque horribiliores huiusmodi sectæ passim admittantur, legeque & authoritate publica approbẽtur? Neque enim quisquam id existimet, quod vni saltem aut alteri sectæ, ista confædo ratio libertatem relionis indulgeat, sed vt quam quisquè profiteri hæresim, fidemuè sibi condere velit, id sibi præsideo atque authoritate illius, impune nullo impediente facere liceat. Quod sanè, si vel ipsi sanioris mentis hæretici cum animis suis reputarent, non tàm præcipites fortè ad hanc religionis libertatem euincendam prouoluerentur. Quæ cùm hæreticis etiã ipsis meritò exosa esse debeant, mirum est quod Catholicos illos te-

los tepidos, (qui Politici rectiùs dici possunt) non pudeat sui, quando partim precibus, partim pollicitationibus ad promouendam approbationem istius confœderationis ab aliis perducuntur, qui religionem potius suam, in qua nati & educati sunt, omni priuata amicitia antiquiorem & chariorem habere debuissent?

14 Tertiò quæritur.* An hæc confœderatio sit POSSIBILIS? Equidē quid hac lege, nō tantū impossibilius, sed absurdius etiam dici possit, non

15 videō. Nam si* quæ sit inter fœdus & confœderationem differentia, quispiam consideret, fateatur necessum est, aliam esse huius, quàm illius vim & naturā. Fœdus si quidem statuitur pacis tantummodò & salutis communis cōseruandæ causa; qualia huic Regno cum Turcis, Tartaris, aliisque nationibus pacta & fœdera intercedunt Confœderationis verò longè alia est vis & natura. Nam non solum gens cum gente, vel populus cum populo, contra aliam gentem vel populum, verùm etiam iidem aliquando populi, putà vnius dominio subiecti, vt nimirum mutuis præsidiis sese defendant, vel vt rem aliquam communibus studiis promoueant, mutuò interse conuenire atque conspirare solent: qualem confœderationem à maioribus nostris contra hæreticos Corezini factam fuisse inferiùs dicetur. Nec alia * certè mens 16
istius nouæ Confœderationis esse videtur, nisi vt alter alterius sententiam & opinionem de religione, qualiscunque illa fuerit, non probare tantummodò, sed & defendere sit obstrictus. Iam si aliquis huiusmodi sectarius, puta impius Anabaptista,

vel

vel ſpurciſsimus Adamita quiſpiam, cum ſua peſtifera opinione in medium prodeat, non modò toleranda, (quod alioquin homini pio & Catholico grauiſsimum eſt,) ſed etiam authoritate iſtius legis defendēda erit, opinio ſentētiaq; illi' ſacrilega. Quæres cum omni potius deteſtatione, quám approbatione aut defenſione digna ſit, Catholicos talibus legibus eò adigere, vt in quaſuis hæreſas etiam turpiſsimas & immaniſsimas conſentiant; quin potius vt eaſdem tueantur atque defendant, nonmodò impium, verùm etiam inhumanū prorſus & barbarum eſt. Neque enim Catholici more hæreticorum, Eccleſiæ matris præcepta & inſtituta ſuſque deque ferre, aut illis refragari fas ſibi eſſe ducunt, ſed cùm eam ſoluendi ligandique poteſtatem habere credant, nulla ratione præuaricari ipſius mandata, ſine ofenſione conſcientiæ ſe poſſe certò perſuaſum ſibi habent. Quoniam * verò authoritate 17
eiuſdem Eccleſiæ Catholicę, in Bulla Cœnæ Domini, ōnes fautores hæreticorum, ipſo facto anathemati ſubiciunt videant iſti quàm grauem, & quàm impoſsibilem conditionem Catholicis, hac ſua confœderatione imponere contēdant; Quodſi quiſpiam fortè ſalutis ſuæ prodigus, Anathema leue quid eſſe exiſtimant, is certe multum in eo fallitur. Nam excōmunicatio maior, què Anathema appellari ſolet, nihil aliud eſt, niſi excluſio à communione fidelium, quæ triplici fit modo, ſcilicet in conuerſatione ſiue in actibus legitimis corporalibus, in ſacramentorum ſuſceptione, & in actibus legitimis ſpiritualibus, ſiue in bonorum ſpiritualium participatione. Atqui eſſe anathema à Chriſto, &

sto, & tradidi sathanæ, quinimò haberi pro Ethnico & publicano quid grauius, quidué infaustius homini Catholico accidere potest. Quod qui cõtemnit, is non pro Christiano, sed pro Ethnico, & cui Deus, atque salus sua non est cordi, meritò censeri debet. Quid? imò Ethnicos etiam ipsos, viuam quasi excommunicationis; qua Ecclesia Catholica nunc vtitur, imaginem expressisse Cæsar lib: 7. Commẽt: demonstrat his verbis: Si *quis*, inquit, *aut public⁹ aut priuat⁹ eorum* (scilicet Diuidarum, qui fuerunt sacerdotes pagani) *decreto non stetit, sacrificiis interdicunt, hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictũ, in numero impiorum ac sceleratorũ habentur, his omnes decedunt, aditum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incõmodi accipiant, neque his præsentibus ius redditur, neque honos illis communicatur.* Hæc Cæsar.

Quartò quæritur * an sit secundum NATVRAM? 18
Sanè naturalis idipsum suadet ratio, quod vna tantum vera, pura, atque sincera sit religio; *Vnus enim*, vt inquit Apostolus, *est Dominus, vna fides, vnum baptisma. Quicquid verò præter vnum fidem est perfidia non fides est*, vt sanctus inquit Hilarius: & proinde, si præter vnum Dei cultum existant aliæ religiones, nulla ex his erit, quæ non apud se esse veritatem aliis persuadere conetur. Quamuis enim sanctus Augustinus doceat, veritatem non huius aut illius esse, sed omniũ, hoc est sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, quæ terra est vnius labii, & concordantium sermonũ cuius participatio in id ipsum in qua multitudinis credentium cor vnum, & anima vna in qua idipsum dicunt, idipsum sentiunt, idipsum sapiũt, vnanimes, vno ore glorificãt omnes Deum & Patrem Domini

mini nostri Iesu Christi: attamen hi quoq; omnes, qui arbitratu suo singulares religionum intellectus excogitant, nouas & hactenus inauditas opiniones quotidie adferunt, nequaquam se priuari ea veritate patiẽtur, quinimo tanquam propriam rem eam sibi vendicabunt. Quid igitur? num id Catholico homini, qui extra Ecclesiam Catholicam, nullam aliam sanam atque veram esse doctrinam firmiter credit, mediocre aut tolerabile malum est; Nouas istiusmodi sectarum opiniones, & contrariam ei, quã Ecclesia Catholica tradit fidem, tanquam veram, non modò tolerare, sed etiam approbare, & quod magis est defendere? Quæso consideret secũ quisque, quàm hæc sint absurda, quám impia, quam cum ratione pugnãtia, velle eò aliquẽ adigere, vt tenebras lucem, malum bonum appellet?

Libet hic * adiicere aurea illa verba, quibus olim Constantinum Magnũ, apud Ecclesiã Alexãdrinã vsũ fuisse, Athanasius Apol: 2. scribit: *Sed heu, quó* inquit, *iustitiæ fides recessit, cúm tantarum tenebrarũ caligine inuoluimur? Neq; id iam ex errore, qui multiplex est, quám malignorum hominum vitiis, dum & propugnatores vecordiæ sustinemus, & eos, qui æquitatem & veritatem profligant, etiam cum id sensibus nostris percipiamus, negligendos putamus. Quod nam id genus peruersitatis? inimicos non reprehendimus sed latrocinio nos comites damus; vnde fit, vt viam quandam sibi facillimè struxerit, nemine repugnante, pernicioſissima fraus: Dei lege & bono ingenio instructi, toleramus tamen inimicos, turbationũ & tumultuum facibus, quasi incendia miscere, idq; neq; oculis præditi cernimus, neque legis sententia imbuti sentimus. Quantus igitur stupor nostram vitam inceſsit, cum nostrimet tam iniuriſsimus*

19.

simus

simus, etiam Deo admonente. Quid igitur? num id mediocre aut tolerabile malum est? Num pro hostibus habendi sunt? Nonne in domum & populum Dei ante oculos nostros per sæuitiam debacchantur, & probra faciunt scelerati illi? Iã quanta id cum vesania faciant, ipsis vobis cogitandum relinquo. Stulti enim illi in lingua sua sitam habent malitiam, plumbeasque iras ita secum circumferunt, vt seipsos mutuis viribus feriant, & nos secum ad auctarium sui supplicij abstrahant. Interim qui recta docet, hostis iudicatur: qui autem inuidiæ vitiũ præsefert populũ mãsuetũ quod minimè oportuit, inuadit, vastat, absumit, & seipsũ vltrò corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem subuertit, & fidem circumuenit, donec suæ conscientiæ cauernas & latibula queritando inueniat. Ferocitas igitur agrestis eos miseros facit, qui ita temere seipsos cùm indigni sint, efferant inclamando: Heu scelera, illenè presbyter est? aut illenè puer? mea existimatio attingitur, mihi hoc ipsum debetur, ab illo ablatum est. Ego igitur omnibus spoliatis, pro viribus noceo. Luculentum insaniæ tumultum dicas, si acies, conciliabula, aut conuitia istorum importunissimorũ conuentuum videas. O nostram in Ecclesiam Dei peruersitatem, spectaculum maligni & dementis animi. Nunquamne tandẽ pudefient? Nunquamne semetipsi improbabunt? Nunquã in animo morsus sentient, vt vel nunc saltẽ cõtra impostu ram & rixas dignum aliquid animo concipiant, & sentire videantur? Hæc Cõstantiu⁹ Magn⁹ ille Imperator, & cũ illo vnà omnes boni Catholici, tũ horũ tẽporũ tũ istorũ hominũ, qui recesserunt à vera, pura, sinceraq; religione, & secuti sunt desideria cordis sui deplorãtes infelicitatẽ inclamãt. Quintò quæritur, an sit secundũ Patriæ CONSVETVDINEM? Hic isti, qui præclarũ illud dissidentiũ in religione nomen sibi vendicant, animũ aduertant

aduertant, simulq; fateantur necessũ est, antiquissimis huius Regni moribus, modũ & formã cõdendarũ legũ publicarum, eam præscriptam institutamq; esse, vt non nisi illæ, quæ de cõsensu & vnanimi voluntate omnium, ordinum, puta spiritualium & secularium, sancitæ promulgatæque sunt, vim legis obtinean t, & pro iustis atque legitimis statutis atq; cõstitutiõibus reputentur. Quicquid verò peculiari quorundam sententiâ statuitur, id non modò nullam vim, sed nec nomen legum aut constitutionum
21 habere potest. In quam* sententiam multæ prę clarissimæ leges Regni extant, semper inuiolabiliter obseruatæ, & per Serenissimos olim Reges Poloniæ iuramentis confirmatæ. Principio enim Casimirus Rex, Vislicię Anno 1368. diuersitatem & varietatem iurium improbans, vnà cum Prælatis, Baronibus, cæterisque Nobilibus, statuta sua promulgat. Similiter Ioannes Albertus Rex, Petricouiæ Anno 1496. decernit, statuta sua communi & diuturna consultatione præmissa cum Prælatis, Baronibus, Nobilibus, terrarumq; Nunciis ac subditis vniuersis, spiritualibus & secularibus, in Conuentione generali Petricouien: existentibus, corpus eiusdem Regni, (verba sunt Statuti) cum plena facultate absentium repræsentantibus, promulgata, perpetuò duratura & obseruanda. Eodem modo etiam Alexander Rex, indicta Conuentione generali Petricouiæ, Anno 1504. testatur, se cõstitutiones certas decreuisse cum consilio & assensu communi Prælatorum, & Consiliariorum, ac Nuntiorum terrestrium, iuxta Regni consuetudinem vocatorum. Idem Rex in Con-

uentione

uentione quoq; Radomiensi generali Anno 1505. de consilio, scientia, & vnanimi voluntate omnium & singulorum Prælatorum spiritualiũ & secularium Consiliariorũ, & Baronum, & Nuntiorum Terrarum, & Ciuitatum, qui vniuersum corpus Regni (vt ibidem habetur) indubitanter repræsentarunt, leges à se datas recenset. Idem in Conuentione eadem Radomiensi leges suas à Reuerendissimis & Reuerendis in Christo Patribus, ac Magnificis, Venerabilibus, Generosis & Nobilibus, Prælatis & Baronibus Consiliariis suis, ac terrarum Nuntiis moderatas fuisse fatetur. Idem Ioannes Albertus ibidem in Radom, Anno eodem 1505. cum vniuersis Regni Prælatis, Consiliariis, Baronibus, & Nuntiis terrarum æquum & rationabile censuit, ac etiam statuit, quod deinceps futuris temporibus perpetuis, nihil constitui debeat per Sereniſſimos Reges sine communi Consiliariorũ & Nuntiorum terrestriũ consensu: ac p inde concludens, ipsa sua statuta in Radom publicè edita, ita de his disponit: *Iam verò* inquit, *hic finẽ faciemus nostris in Radom institutis suprascriptis, quæ omnium voto, communi Prælatorum spiritualium & secularium, ac Procerum Regni, & Nunciorum terrestrium cõstituimus* Sigismundus quoq; Rex, Cracouiæ in Coronatione sua, Anno 1507. ex publico consensu leges suas se condidisse testatur, his verbis: *Nos quoque vestigia prædecessorũ sequuti, cùm ab initio regiminis nostri, pleraque in Conuentibus generalibus de communi Prælatorũ, Procerum, atque totius Consilij, & Nobilitatis nostræ consensu, pro communi bono, statu & ordine, iuxta rerum ac temporum rationẽ instituissemus, ac ea in publicum edi, subditi nostri meritò exigerent*

rent, cum vana sit lex, nisi obseruetur. Obseruari autem nequit, nisi innotescat, omnia instituta in vnum colligi, & ad omnium notitiam imprimi vel publicari mandauimus.

Idem Rex eodem loco & tempore illa tantum statuta perpetuis temporibus duratura decreuit, quæ de Prælatorum Baronum, ac totius Consilij & Nobilitatis consensu sunt edita. Et idem postea Anno 1532. ad emendanda omnia Regni iura & contrarietates atque dubietates statutorum tollendas, designat certas personas iurisperitos nimirum, tam spirituales, quàm seculares. His itaque sic stantibus, admodum facilè quiuis iudicare potest, num ea confœderationis formala, iustam & legitimam condendarum in hoc Regno legum normam in se contineat. Notum siqui-
22. dē omnibus * est, prædictam confœderationem, quemadmodum & reliquos articulos in Conuentu electionis Regis Henrici, à quibusdam seculariibus, sine vnanimi ōnium cōsensu, imò quàm plurimis, vtpote vniuerso statu & ordine Ecclesiastico siue spirituali, & magna parte status secularis reclamantibus atque protestantibus compositam, & nouiter electo Regi obtrusam fuisse. Quod quidem non tenui quadam coniectura, sed ipsa rei euidentia, ipsis nimirum protestationibus nō tantum ab vniuerso ordine Ecclesiastico, verùm etiam á bona parte status secularis in diuersis Palatinatibus, vtpote Masouiæ, Rauen: ac Plocen: omni meliori modo & forma iuris factis, atque Actis publicis ad perpetuam rei memoriā insertis probatur En tibi solennis Episcoporum Regni protestationis, in ipso planè istius confœderationis exordio factæ, genuina verba.

Actum

Actum in castro Sochaczouiensi feria tertia post Dominicam Quinquagesimam, 1573.

COmparens personaliter corã Officio & Actis præsentibus Capitanealibus Castrensibus Sochaczouiensibus, Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Iacobus Vchánski, Dei gratia Archiepiscopus Gneznensis, Legatus Natus, & Regni Poloniæ Primas, suo & aliorum omnium & singulorum sibi adhærentium, tam spiritualium, quàm secularium, fidem & obedientiam S. R. E. profitẽtium nominibus, protestatus est, & protestatur solleniter coram Officio præfato, & Honestis Stanislao, Luca, & Laurentio Kucharz Ministerialibus Generalibus Regni, & Nobilibus Marcellino Szyszkowski, Balthasaro Wilkoszewski, Matthia Chrzewski, Stanislao Tychowski, & alijs pluribus ibidem circa infrascripta existentibus, in & contra Magnificum Sigismundũ Wolski Castellanum Czernensem, Capitaneum Warsauiensem & ipsius officium pro eo. Quia ipse fungens officio suo Capitaneali Cãstrẽ. Warsauien: ad instantiam & iuridicam Reuerendissimi Domini Archiepiscopi præfati, & Reuerendiss. DD. Adami Konarski Posnanien sis, Petri Myszkowski Ploceusis, Alberti Stàrozrzebski Chelmensis Episcoporum requisitionem, prætendens se habere causas quasdam, non tamen iuridicas, imò iuri contrarias, noluit & recusauit, in damnum & iniuriam præfatorũ omnium protestantium, & aliorum præfatorum ipsis adhærentium, suscipere, & ad actitandum & ingrossandum in Acta Warsauien: protestationem ipsorum, factam & inscriptam, oblatam. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

MTRADTTAK DV-chowne/ iáko Swieckie/ imieniem náßym y Poſłow Ziemſkich ná Konwokácya Wárßáwſka poſłánych/ ktorzy ſie nie podpiſali ná Confederácya de diſſidio religionis, ná tey Konwokácyey od niektorych Pánow Rady Poſłow vczynio na/ oznáymuiemy y oświádczamy ſie wßem wobec y káżdemu z oſobná/ ludźiom iákiegokolwiek doſtoienſtwá/ vrzędu y ſtanu przy Akćiech tego Grodu: Iż gdyſmy ſie tu do Wárßáwy ziechali/ ábyſmy tylko o czáśie/ y o mieyſcu Elekcyey Krolá przyßłego radźili: niektorzy z Pánow Rad y Poſłow Ziemſkich vczynili miedzy ſobą nieiáką Confederácia/ w ktorey ácz ſie náyduią niektore rzeczy ku záchowániu pokoiu poſpolite potrzebne/ wßákoż włożone ſą drugie/ nie tylko teraz ále też y ná potomne czáſy bárzoßkodliwe/ á zwłaßcżá gdźie zábroniono vćiekáć ſie w rzeczách ku Religiey należących do wßeláкich zwierzchnośći/ ktora rzecz otwarza wrotá ku rozmáitym ſektom/ y wßelakiemu nierzadowi Bo zá liceneya mogłyby ſie bárzo łátwie wnieść wßytkie ſekty/ nie tylko te/ ktore iuż poſpolite ſą/ ále też y naſprośnieyße/ iáko ieſt Adámitow/ Turkow/ y inne tym podobne/ zá ktorymi y do Pogáńſtwá przyśćby mogło. Czego my przeſtrzegáiąc/ ácz ná wßytkie rzeczy inne w tey Konfederácyey zámknione/ ktore ku pokoiowi y zgodźie poſpolitey należą/ rádźi pozwalamy/ iáko ći ktorzy Oyczyznę ſwą miłuiąc nic pierwßego/ nic miłßego nád zgodę poſpolitą vśiebie nie mamy/ y w tym ſie ſolenniter oświadczamy/ że my náżadne mordy/ náżadne rozlanie krwie Chrześćiáńſkiey/ á miánowićie narodu náßego Polſkiego/ á Bráciey náßey miłey nie zezwalamy: y owßem ktoby ſie ná to brał//

brał/ábo iáka przyczyne do tego dawał/przeciwko tákiemu każdemu być chcemy/y obiecuiemy: ále też Confederácyey tákiey chwalić nie możemy/ ktora zwierzchności y vrzędy wßytkie burzy/ktora do bluźnierstwá imienia Bożego/á do swey woley wobec wßytkim/ naywyższego stanu ludźiom przyczyne podáie/á w tym práwá/swobody/á wolności stanu Szlácheckiego ku zniżczeniu przywodźi. A ták sie z tych y innych przyczyn/y ktemu obawiáiąc sie tego/áby ná potomne czásy/ tákowa Confederácya miedzy poddanemi nászemi/sub prætextu Religionis & libertatis Christianæ, do tákiey swey woley/á wßetecznośtwá przyczyny nie dálá: iáka byłá lat málo przeßłych/ miedzy chłopstwem w Munsterze/y ná inßych mieścách w Szwáyczárzech/ przeciwko Pánom swym. My tedy ná ten ártykuł de dissidio Religionis, ktory w tey Confederácyey nápisány iest/á wiele rzeczy ßkodliwych y niebespiecznych w sobie zawiera/ogladáiąc sie ná pierwßę Confederácye/y przysiegi nászych przodkow/ktore so przeciwne tey terázniejßey Confederácyey: ogleduiąc sie ná sumnienie y powinność ná ßę/ ktoraśmy chwale Bożey/ stárßym nászym/ Kościołowi Bożemu/y bráci nászey stánu Szlácheckiego powinni/ żadnym obyczáiem nán zezwolić/ bona nostra conscientia áni chcemy/ áni możemy/iákoż nie zezwalamy/y w tym sie przy tych Akćiech publicè oświadczamy: y żądamy/ áby nam tá protestácya in hac forma in Acta zápisana byłá. A zwłaßcza iż też Posłowie Ziemscy ná te Konwokácya od Rycerstwá posłáni/opowiedźieli sie z niektorych Woiewodztw/ że tego od Bráci swey zlecenia nie mieli/ y owßem że im srodze zákazáli Bráćia ich/ áby sie ná

ſie ná tey Konwokácyey w nic nowego nie wdawáli / iedno aby o czáśie y o mieyſcu Elekcyey przyßłego Krolá námawiáli: iákoż ſie publicé wRádzie oświadczeli że ná te Confederácye áni mogą / áni chcą zazwolić.

Iacobus Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus Natus, Regni Poloniæ Primas & primus Princeps.
Adam Konárski Biskup Poznáneski, Petrus Myßkowski Epiſcopus Plocenſis manu propria ſcr.
Albertus Stározrzebski Epiſcopus Chelmenſis ſcr.

Pro qua quidem iniuria & damno, & præmiſſa proteſtatione non ſuſcepta, offert ſe prædictus Reuerendiſsimus D. Archiepiſcopus cum Reuerendiſſ: DD. Epiſcopis præfatis, & cum omnibus alijs ſibi adhærentibus contra prædictum Magnificum D. Caſtellanum Czernenſem Capitaneum Warßauienſem, ac ipſius officium iuridicè agere velle loco & tempore competenti, prout de iure venerit. Quæ præmiſſa omnia & ſingula ſupraſcripta, ijdem Miniſteriales cum Nobilibus præfatis atteſtati ſunt, ſeque circa præmiſſa omnia fuiſſe, eaq; audiuiſſe recognouerunt. Super quo memoriale ſolutũ eſt, quod officium recepit. Ex Actis Caſtrẽ: Sochaczouienſibus extraditum & correctum.

Extat & alia ſimilis proteſtatio Ordinum Palatinatus Plocen: quæ ob ſingulares & admodum elegantes, ibidem contra prædictam Confœderationem adductas rationes, digna eſt vt omnium omninò teratur ſmanibus; atque ob eam cauſam ipſius quoque contextum hîc ob oculos ponendum eſſe duxi.

Actum in Caſtro Plocenſi feria quinta ante feſtum Natiuitatis Mariæ proxima. Anno D. Milleſimo, Quingenteſimo Se

mo Septuagesimo tertio Coram Generoso Stanislao Męczynski, Vicecapitaneo & Iudice causarum officii Castri Plocen.

VEnientes ad Officium præsens Castrense Płocense, Magnifici Domini Stanislai Sandiuogii á Czanrkow Refferendarij Regni, Płocen: Drachimenq; Capitanei. Generosi Nicolaus Kosobuczki, Notarius terrestris Płocen: Iacobus Lisakowski Dapifer Nureń: nomine Dignitariorum & Consiliariorum ac Officialium totiusq; Nobilitatis in Conuentione Particulari Rácziażeń congregata existentes adinfra scripta specialiter deputati & designati, reproduxerunt protestationem manibus Reuerendissimi in Christo Patru Domini Petri Myskowski, Dei gratia Episcopi Płocen, & Magnifici Alberti Krasiński Castellani Sierpceń: Nicolai Kosobucki Notarij terrestris Płocen: subscriptam, sigillisq; vczt Sigillo terrestri, nec nõ præfati Magnifici Castellani Sierpcensis communitam & obsignatam in præfata conuentione particulari Rácziażeń, ad confœderationem in Conuentione Generali Varschouien: Electionis Regis proximé præteritæ per nonnullas personas factã, quam cum speciali mandato omnium Ordinum nobilitatis terræ Plocen: in acta præsentia Castren: Płocen: inseri & ingrossari petierunt. Et officium præsens Castrense Płocen visa præfata protestatione, attendeń: ipsorum iustam petitionem, eandem protestatiõnem in Acta, præsentia Castrẽń: Płocen. ingrossari & actitari admisit, simulq; & mandauit. Cuius protestationis tenor de verbo ad verbum sequitur, estque talis.

MY Rády Duchowne y Swieckie. Dygnitarze/ Vrzędnicy y wszytko Rycerstwo Woiewodztwá Płockiego/ wszytkim wobec/ y komu to wiedzieć należy/ oznáymuiemy. Aczkolwiek nic zacnieyszego nic Rzeczypospotrzebniey.

trzebnieyßego być rozumiemy/ nád pokoy wnetrzny y iednoſtáyną wßytkich ſtanow miłość y zgodę/ y przy niey przećiw káżdemu/ ktoby ią pſować y tárgáć chćiał/ máietnośći náwet y gárdłá náße położyć gotowi ieſteſmy. Ale iáko pokoy miłuiemy/ y pilnie go przeſtrzegamy/ ták też zmow/ abo ziednoczenia oſob/ lubo ſtanow niektorych/ ktoreby pod tytułem pokoiu/ y zgody chwałe mi tego Bogá nißczyli/ wolnośći náße pospolite wniwecz obrácáli: á do burd y zámießánia wrotá otwarzáli/ y chwalić y pomágáć niechcemy/ ani będziemy wiecznymi czáſy. Przeto gdy od niektorych oſob/ ták ná Konwokácyey iáko y ná Elekcyey Krolá nowe° pod Wárßáwą/ Konfederácya iákaś in cauſa religionis ſpiſána/ y ku podpiſaniu ábo pieczetowániu podána byłá/ iż iey ná Konwokácyey Poſłowie náßy/ á ná Elekcyey ći Bráćiá ktorzy ſie byli ziáchali/ podpiſáć niechćieli/ z wielkąchmy to od nich wdzięcznośćią y pochwałą przyieli. Bo y oni zlecenia tego nie mieli. A ći záś ná nas nic ſtánowić nie mogli/ præter electionem, w ktorey rzeczy ſámey ius repræſentatiuū mieli. A miánowićie Jáſnie Wielebnemu Je° M. X. Piotrowi Myßkowſkiemu Biſkupowi naßemu/ niech od nas y od potomkow náßych wieczna dzięká będźie. Iż Je° M. przy powinnośći ſwey/ iáko práwemu páſterzowi należáło ſtátecznie ſtoiąc/ ná ták ßkodliwe ſpiſy/ ábo Konfederácye/ ktoreby trzodę iemu poruczoną ſtráßliwem iadem záráźić mogły/ przyzwolić niechćiał/ y owßem prze Kośćioł miłego Bogá/ y nieprzyiazń/ y nieprzeſpieczeńſtwo káżde odnieśćbył gotow/ iáko nam ći bráćia náßy/ ktorzy przy tym byli zacne świadectwo dáli. A ták y páſterzá ſwego y miłey bráćiey

ſtate-

ſtátecznośći náśláduiąc/ wßyſcy ſie teraz ośiadczamy: Iż ná te Konfederacyą nie przyzwalamy/ áni iey przyiąć/ áni promowowáć v przyßłego Páná chcemy: z przyczyn ſłußnych y ważnych. Bo ácz ſie tá Konfederácya zá to vdawa/ iákoby w Polßczę pokoy y zgodę gruntowáć chćiáłá: ále kto ſie iey przypátrzy dobrze/ obaczy ſnádnie/ iż pod tą piękną poſtáwą trućizną podawa ſrogą ktorą iádem ſwym/ ieſli Pan Bog nie poſtrzeże/ Koronę Polſką nie pochybnie zábiie. Bo naprzod obraża mikego Bogá/ obraza bliźniego/ obraża y ſumnienie náße. Náwet Koronę Polſką/ w wielką á ſromotną hánbę/ Práwá/ Przywileie/ ſwobody náße w niebeſpieczeńſtwo przywodźi. Obraża mikego Bogá tym/ iż nie tylko fałßywemu nabożeńſtwu/ ále y bluźnierſtwu/ ná oſtátek pogáńſtwu y wßeláкiemu wßeteczeńſtwu droge do Polſki okázuie. Bo ieſli będźie kázdemu wierzyć iáko kto chce wolno. A będźie pewnie/ gdy żadney peny in Hæreticos nie będźie. Rzecze ieden iż Chriſtus nie ieſt prawdźiwym Bogiem (iákoż iuż tákich y názbyt.) Drugi zás powie/ iż Máchomet ieſt prawdźiwym Bogiem. Trzeći zgołá powie iż nie máß Bogá: z tych żadnego áni Duchowna/ áni świecka zwierzchność kárać nie będźie mogłá/ bo go Konfederácya zaſtopi we wßem. Ażći w Polßczę bluźnierſtwo/ ażći Alkoran Turecki/ á zá nim Turek/ áż náoſtátek y pogáńſtwo zámnoży ſie znowu. Nuż ieſli ſie zás kto z ßkoły Jádámitow/ v ktorych nic właſne° nie máß/ wyrwie/ y do ſkrzynki ſie czyiey/ ábo dźiewki/ ábo żony rzući/ day mu pokoy: Czemu? ták wierzy/ Omnia communia, zá cymby Polſká ono zacne y v poſtronnych narodow ſławne Krolestwo/ w iáſkinią łotrowſką

wſką obrocić ſie muśiáłá. Jáko ſz iuż nieſteryſz kotroſtwá y nieſtátku tego pełno / bo co zinad ſámiſz Heretykowie wypedzą / tu do Polſki iáko do własnego domu bieży: Ciż v nas Apoſtołmi / ćiż ſummnienia ludzkiego ßáfárzmi / ći burzą / ći mießáią / ći mikey Oyczyzny náßey (o nieſczeſne czáſy) krwią ſie páść chcą. Agdyby tá Confederácya doyść miáłá / tymby ſie wiecey námnożyło tego. Obraża záś bliźniego / bo iż Rzeczpoſpolita Polſka ták ſtánełá / że przy Jch Mći Kśiężey wßyſtkę władzę in ſpiritualib' zoſtawiłá Oczym ſpolne Przywileie náße / á zwłaßczá Iagellonis in Iedlna świádczą / ktore Dignitatum Regni iáko Secularium, ták y Spiritualium nie tylko iura, ále y Conſuetudines vmacniá ią y vtwierdzáią / iáko bez wßyſtkiey krzywdy Jch Mśći Kśiężey odiąć ſie iudiciū falſæ religionis aut doctrinæ bedźie mogło / ktore oni od tego czáſu / iáko w Polßcze wiárá Chryſtuſowá náſtáłá cáłe y nienáruſzenie / áż po tad mieli / to iedná krzywdá. Drugo gdy w iedney wśi kilká pánow bedźie: á ieden vdawßy ſie zá ta Niemiecka wiárka / Kośćioł ſprofánuie / co drudzy w tey mierze czynić beda? Práwem trudno / Konfederácya pozwala / wiec ábo zá leb chodźić / ábo oni z wielkim vkrzywdzeniem zoſtáć muſą. Ktemu do iedney Páráfiey wśi śiłá ßłácheckich przyſłucha / iáko nie ku krzywdzie inßych páráfian ow / Podawcá wrożno Religia Kośćioł przeináczy? Jeſli go pozowa nic nie wygráia / dádzą li mu też pokoy / inßego Kośćioła ßukáć muſą. A ieſli y támten / á potym y trzeći y czwarty / áż y dáley / iáko to bedźie mogło być / ſkáżą: áżći oni dobrzy ludźie / ktorzy poſtáremu Páná Bogá chwalić zwykli / bez kośćioła z poddánemi

nemi swemi zostáć/á potym w pogáństwo obrocić sie muszą: y zá to Konfederácya/kto będzie dobrym/kto spokoynym/ ten krzywde cierpieć będzie/ temu áni prawo/áni moc żadna przy krośći nie czyni żadney. A czemu? Konfederácya ták mowi/iż to iest grunt pokoiu y zgody wnetrzney/áby kto krzywde miał milczał/á kroia czyni w pokoiu został. Aleć to omylna do pokoiu nádzieiá Lędens in vitro, (ták mowio) Iæsus in marmore scribit. poczuiać sie w tym kiedy ludzie. A iesli te° onus przez posrzodek práwny złożyć z siebie nie będą mogli/do gwałtu y mocy sie vćieką/ ázći ktorey sie strzeżemy woyná domowa. Obraża też sumnienie/ bo káżdy z nas przy swey Religiey dla te°, mocnie y státecznie zostawa/iż ták o niey rozumie/ że dobra/ że prawdźwa/á inszemi siehydźi/iż złe á fałszywe. A gdyż ábo nászá Apostolska

stárodawna wiárá/ktora tych czásow Papieska názywáia/ iest prawdźiwa/ ábo tá teraz nowo w Niemcech spłodzona/ iáko prze Bog ábo my ich/ ábo oni nászey bez náruszenia summnienia swego pozwolić mogą. Przypoczćiwey małżonce (iáko kto z dobrem sumnieniem) wszetecznice ścierpieć może? A tá Konfederácya zá iedno to ma/y w iednákiey wadze pokłáda. Ná czym iesli spokoyne dobre summnienie przestáć może/ niech káżdy sądzi. Y ná ten czás że sie to nalepszego pokoiu spodźiewáć będźiemy/ kiedy chwałe miłego Bogá znißczemy/ bliźnie° swego vkrzywdźiemy/sumnienia swe pokánceruiemy? Niech sie w tym iáko kto chce kocha/ niech iáko chce sobie pobłaża/ nie tráśić w to/ áby fałsz z prawdą porownał/ żeby dáli sobie rece/á od tego czasu w pokoiu z sobą mieszkáli/ nie doczekáć tenigdy/ áby Pan Bog tam impium

pium opus łáſką ſwoią pożegnáć miał. Pokoy ieſt dar miłego Bogá/á kto iedność twie wiáry/ ten z Bogiem żadnego ſpołku nie ma. Y owßem niech tego pewien będźie/ iż nas pomießa Pan Bog pierwey między ſobą/ á potym nieprzyiaćielowi wiáry Chrześćiáńſkiej poda/ iáko Czechom/ iáko Węgrom náßym ſąśiádom/ przez táką woż vczynił przyczynę. A wiecbychmy ludźie ſpokoyni/ ludźie nád dobro Rzeczypoſpolite vśiebie przednieyßego niemáiący/ná to co Koronie Polſkiey wieczną zgubę pewnie przynieśie przyzwolić mieli? Nád to co może bść ſromotniejßego/ kiedy w Rzecz. P. náßey/ iáko to/ iż vnas ten/ ktory wołu/ krowę/ świnię/ koźę vkrádnie/ karan będźie. A ktory Kośćioł zburzy/ Ołtarze przewráca/ Káplany wypędźi/ świętę Pánſkie/ Przeczyſtßą y nigdy podług potrzeby niewychwálioną Pánnę mátkę Bożą zeſromośći/ chwałę miłego Bogá znißczy/ Imię náoſtátek Páńſkie/ y duchom złym ſtráßne zbluźni/ hánby/ ten mowię/ táki pokoy mieć będźie: tego ktoryby chćiał kárać/ iużby pokoy wnętrzny wzruſzał/ miłość/ zgodę tárgał Przeto przeciw iemu powſtáć/ iáko przeciw nieprzyiaćielowi Koronnemu wßyſcy powinni będą. O zápámiętánie náße/ inßę národy wpobożnośći á w ſpráwiedliwośći pokoiu grunt y zgody zákłádáli: Amy nießczeſni Polacy w niepobożnośći y wnieſpráwiedliwośći od przyßłego gniewu Páńſkiego vtáićbyſmy ſię chćieli. Ale dźiwna rzecz/ iáko zá grzechem/ tuż záwżdy kaźń miłego Bogá idźie. Co y wtey Konfederácyey ſnádnie obaczyć káżdy może. Bo fałßywe nabożeńſtwo/ beſpieczeńſtwem opatrzáiąc/ wolność náßę miłą w niebeſpieczeńſtwo przywodźi. Wiemy to wßyſcy/ iż Krole y Pány wßela-

wßeláśkie nic inßego wpowinnośći ich nie zátrzymawa / iedno przysiegá; Bo tey wzgledem ná práwo / ná wolnośći poddánych ogladáć sie záwżdy musi / wiedzac iż P. Bog periuros srodze karze. Otoż ku podniesieniu powagi tey przysiegi / y ku zniżczeniu iey / to Konfederácya drogá sie otwiera wielka. Bo ieśli bedzie káżdemu wolno wiáro bedzie chćiał Religia sie przewierzgnáć. A czemu też y nie Krolowi? A ieśli Krol rzecze / iż ták wierzy / że iuramentū præter Dei præceptum factum non tenet. Czego mu Pánowie Ewángelikowie bronić nie mogą / bo to v nich recta & indubitata propositio, nihil esse recipiendum præter scripturas. Niechayże mi vkaże w ś. piśmie / gdżie ktory Krol wolnośći poprzysiągł Zydom / ábo żeby poprzysiegáć ie Pan Bog przykazał. Niechay vkaże w ktorey Ewángeliey to stoi. Neminem captiuabimus, nisi iure uictum. Niech vkaże ktory to Prorok nápisał: Nihil noui statuemus, nisi cum consensu Consiliariorū & Nunciorum. Niech powie / w ktorym Psalmie Krol Dawid / Super hastam extra fines Regni Nobilitati dieć grzywien obiecuie / tákże y oinßych wolnośćiách. A ták Krol Ewángelik z tych przyczyn przysiege swoie lekce vważyć / á zgołá porzućić ią może: bo ieśli inße votá / iako Castitatis & Religionis nizacz v śiebie nie máia: czemuby przysiegá ważna być miáłá? Gdyż też iest iedno votum / ktorym Princeps vouet Bogu iż práwá y wolnośći swoich poddánych w cále záchowa: áżći przysiege zelżywßy / Práwá y Przywileie / y Státutá náße o ziemie vderzy / á podług Bibliey sądźić będźie iáko nie dawno Stároscá ieden w Polßcze z tego poczту czynił. Jeśli sie tedy Krol ná to

wda / co czynić? do mocy trudno / Konfedecya zá nim / ieśli iey iemu trzymáć nie beda / á czemu ia też on trzymáć komu powinien? Aż ći w Polszcze mieszániná / ázći iedni ná te / drudzy ná owe strone przestępuia: wiec ábo w sie oderzem / ábo z wolnościámi sie swemi wiecznie pożegnáć muśim Aći podobno co teraz ná piskorzu przesiáć muśa / nie zániechaią pomścić sie swego. Z tych tedy przyczyn / iáko káżdy baczy słuszných / ná táka Konfederácya nie przyzwalamy / áni przyzwolić bona conscientia możem: Ale przystárodawney wierze / ktorachmy od Kościołá Rzymskiego wźieli / mocnie y státecznie stoiac, y cnych przodkow swoich náśláduiac / ktorzy zámieszánych onych / Czeskiego kácerstwá czásow / nie pozwaláiąc fałszywego nábożeństwá / ále zábraniáiąc pokoy y zgode w tey Koronie zachowáli: przy stárych Konfederácyách przestawámy / y potomkowie náśy przestáwać beda. A iż sie rumores iákieś wszczynáia / iákoby przednie rychłe Krolá obráne° przyiechánie do rozruchu iákiego w Koronie przyść miało: Tedy sie w tym oświádczamy / iż ieśliby pod ten czás / niżli do nas Pan obrány przyiedzie / osoby iákie ábo stany / lubo też Ziemie / motus iákie czynić / ábo do złożenia inszey Elekcyey mieć sie chćiały / tákowemu te° pomágáć niechcemy: ále przy zgodnym od wszech stanow Naiáśnieyszego Páná Książeciá J M. Páná Henriká Krolewicá Fráncuskiego obrániu / mocnie y státecznie zostawáiąc / iego przyiechánia iákożkolwiek długiego / z tawiárą y chećia iákośmy go obrali / czekáć bedziemy. A ktoby burzyć / ábo motus iákie śkodliwe przećiw iemu wszczynáć chćiał / przećiw tákiemu káżdemu / ktoregobykolwiek

byk

byt záwołánia/ná ſkázę ię powſtáć wßyſcy powinni będźiemy/iáko contra hoſtem patriæ, ktory ſię non contentando iure communi, zgodne raz Páná obránie tárgáć chce y rozrywáć. Wßákże Jch Mść Pány Koronne vpomnieć/áby ſię ſtáráli/żeby Krol J.M. co narychley przyiechał. Bo áby miał Koronę ſprawowáć przez Gubernatory/ ná to nie przyzwalamy/ co ſobie ſtrzymać wßyſcy ſub fide, honore, & nominibus noſtris obiecuiemy/y tym piſmem obwiązuiemy ſię. Ktoro náßę Proteſtácya zſtrony Rad Wielmożny Pan Woyćiech Krąſinſki/ Káßtellan Sieprſki zápieczętował. A zſtrony Rycerſtwá/ kázáliſmy io zápieczętowáć ziemſką pieczęćią/y deputowáliſmy z poyźrzodku ſiebie Vrodzone/ Jákubá Liſakowſkie°/ Stolniká Nurſkiego/ Stároſtę Ráćieſkiego/ y Mikołáiá Koſobudzkiego Piſárzá ziemſkiego Płockiego/ áby te proteſtácyą náßę do Kśiąg Grodzkich Płockich podáli ku wpiſániu. Dźiało ſię w Ráćiożu ná Seymie pierwßego dniá Września/ Roku 1573.

Petrus Myßkowski Epiſcopus Płocenſis ſcripſit.

Albertus Krasiński Caſtellanus Sierpcen ſcripſit.

Nicolaus Koſobuczki, Notarius terreſtris Płocenſis.

Stanislaus Meczyński Vicēcapitaneus & cauſarum officij Caſtri Płocēſis Iudex propria mān ſcripſit Ex actis Caſtrenſis Płocenſis extractum.

Verum præter illas in inſtā ti, ſiue (vt iuris conſulti loquuntur) ſtante pede interpoſitas proteſtationes, nihil unquam à Catholicis, tàm ſpiritualibus, quàm ſecularibus, omiſſum fuit, quominus hic articulus Confœderationis, diuerſis modis, vbiq; locorum impugnaretur. Nā * & Pariſiis cum legati Ordinum

nũ Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ, electo Regi Henrico Regnum deferrent, Reuerendiſsimus Dominus Adamus Konarski Epiſcopus Poſnanienſis, Princeps illius legationis, & cum illo alij inſignes viri, eiuſdẽ legationis comites atque ſocij, circa exhibitionem articulorum Henrico Regi Anno 1573. die 29. Menſis Auguſti factam, contra confœderationem prædictam ſolenniter ꝓteſtati fuerunt. Quã ꝓteſtationẽ maioris fidei cauſa, hic adiicere nõ incongruũ videtur. *Ego Adam Konarski de Kobylino Epiſcopus Poſnanen: proteſtor ſolenniter coram Deo & Sereniſſima Maieſtate Veſtra, & vobis præſtantiſsimis viris, & corã vobis Domini Legati, in præſentia Notariorum publicorum hîc adſtantium, inſiſtendo proteſtationibus prioribus antea, & ſæpius factis, quòd huic articulo, in quo de fidei diſſidijs, ſiue de confederatione mentio ſit, ſemper obſtiti, & contra ipſum vnà cum aliis proteſtatus ſum, & nunc meo & aliorum mihi adhærentium Catholicorum nomine rurſus proteſtor, quòd præ dicto articulo expreſſe contradico, & omni meliori modo repugno, meque oppono quòd ſit contra iura & libertates Eccleſiæ, & contra veras Regni conſtitutiones & ex alijs cauſis & rationibus, in iam dicta proteſtatione in Comitiis electionis facta, contentis. Cuius rei peto à vobis Notarijs inſtrumentum confici, & mihi expediri.* Quod cùm dixiſſet ſupradictus Reuerendiſſ: Dominus Epiſcopus in eadẽ ferè verba proteſtatus eſt Illuſtris & Magnificus Dominus Albertus á Lasko Palatinus Siradienſis, & Illuſtris Dominus Nicolaus Chriſtopherus Radziuilus, Marſchalcus Curiæ Lithuaniæ, Regni Poloniæ Oratores, quorum vterque in hærendo proteſtationi factæ á Reuerendiſſ: Domino Epiſcopo, ſimiliter pro

protestatus est, quod huic articulo siue confœderationi de religione non consentiant, sed resistãt. Qui nimò iterum atq; iterum, ante & post protestationem à Rege super articulos sibi oblatos iuramenti, ab eodem Reuerendiss: Episcopo Posnanien: interpositas fuisse eo nomine protestationes, ipsius Henrici Regis diploma declarat. Quod nè quempiam lateat, aut figmẽti fortè loco habeatur, illud de verbo ad verbum hîc adscribere visum est.

*HENRICVS Dei * Gratia*
24 *electus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ Samogitiæ Kiiouiæ, Voliniæ, Podlachiæ, Liuoniæq; &c. nec non Andium, Borboniorum, & Aluernorum, Comes Marchiæ Foresti, Quercis & Monfortis. Significamus harum serie literarum vniuersis & singulis quorum interest, intererit, aut interesse in futurum quomodo libet poterit. Quòd anno & die datæ præsentium, quùm sacrificio Missæ de Spiritu S. in Ecclesia Cathedrali Parisiorum exaudito, ad maius altare eiusdem Ecclesiæ accessissemus ad præstandũ iuramentum nobis ab Oratoribus Regni Poloniæ, & Magni Duc: Lith. per Magnificum Icãnem Herborth de Fulstin Castellanum Sanocen: collegam eorum oblatum, & in loco præstandi iuramenti iam essemus, Reuerendissimus in Christo Pater Adamus Konarski de Kobylno Episcopus Posnanien: eiusdẽ Regni Poloniæ primus Orator, coram nobis & omnibus astantibus, nõine suo, ac totius Status & ordinis spiritualis, omniũ Catholicorum Senatorũ & Nobilium in Regno Poloniæ, & dominiis ad illud pertinentibus, vbicunque consistentium, ac huiusmodi suæ protestationi adhærentiũ atque adhærere volentiũ, inhærendo ante factis protestationibus, protestatus est. Quia huiusmodi iuramento, eo quod sit absque omnium statuum ac ordinũ Regni communi consensu conscriptum, nullo modo*

lo modo consentit, ac eiusdem protestationis suæ schædulam sigillo suo munitam, nobis attulit & exhibuit. Adhærentibus eidem suæ protestationi Magnifico Alberto Laski Palatino Siradien: & Nicolao Christophero Radziuil, Duce in Olyká & Nieśwież, Curiæ Magni Duc: Lithaniæ Marschalco, dicti Regni Poloniæ & Magni Duc: Lith: Oratoribus. Cuius quidem protestationis tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Serenissime Rex. Quoniã Maiestas Vestra est nuper in nostrum Regem electa, minus forta sse accepit Regni Poloniæ consuetudines, præcipuè iuramenti à nouis Regibus suscipiendi, ne quid illa in hoc negotio aliorum culpa nesciens peccet, venia prius, qua decet submissione à Maiestate Vestra impetrata, pro ea quam gero & Episcopi Catholici, & Legati Polonici persona illam moneo, Reges Poloniæ iurare solitos ex quadam veteri formula, quam è Statuto Regni sumptam, quidam qui à Catholica fide desciuerunt, additis insertisque permultis, quæ nulli antea Poloniæ Reges iurare soliti sunt, innouarũt, quamq; ita innouatam, non omnes Regni Poloniæ status approbarunt, maximè verò Ecclesiasticus ordo, & plerique alij tum Senatores, tum ex Equestri ordine, qui & in Polonia protestati sunt, & obstiterunt, huiusmodi innouationi, quemadmodum ego quoq; hisce diebus, tradito illius protestationis exemplo, coram Maiestate Vestra sum protestatus, cum de secundo articulo ipsi exhibito ageretur. Ea tamen innouata formula, nunc Maiestati Vestræ adfertur, vt ex illis verbis Sacramẽto adigatur. Quod nè Maiestati V. Regnoq; Poloniæ, inprimis verò Ecclesiæ & statui Ecclesiastico obesse possit aliquando, neue quod præter Senatus totius Polonici sententiam, contra Deum, Ecclesiastica iura, & veteres Regni Poloniæ constitutiones attentatur, aliquam habere vim aut firmitatem possit, etiam atque etiam Maiestatem Vestram moneo atque oro, nè alia ex formu-

formula iuret, quam quæ iliis Regibus est oblata, quæq; ei circa coronationem afferetur. Sin verò alia fuerit eius animi sententia, rursus oro, nè molestè feret, cùm ego me vniuersumq; ordinem Ecclesiasticum ac quoscunque Ecclesiasticos & Reipub: curam gerentes, qui metum idem sentiunt, iis rebus opposuero, quas contra Deum & fidem Catholicam aliter geri videro, quæ in Republica nostra consueuerit. Itaq; iam nunc omni meliori modo & forma protestor, meo & Ecclesiastici Ordinis ac omnium Catholicorum mihi adhærentium, hîc & in Polonia nomine, nulli nos alteri iuramento assensuros, quàm ex veteri formula susceptо, neque ratum, aut sanctum habituros, quod aliter à Maiestate Vestra fuerit iuratum, quin iuramentum eiusmodi nullius authoritatis & irritum fore: neque Maiestatem V. Saluis Regni Poloniæ iuribus, illud posse aut debere suscipere, ac propterea illo neq; teneri, neq; vlla ratione affici. Quamobrem ab omnibus Notariis, aut Secretariis Regiis, aut quibusuis hic præsentibus, peto & flagito, vt horum omnium mihi instrumentum publicum exarent, & in forma probante authenticè scriptum tradant, præsentibus testibus. Quam quidē protestationē, Nos HENRICVS Dei gratia Rex Poloniæ electus, suscepimus & admisimus, profitemurque ad perpetuam rei memoriam Nos per huiusmodi iuramentum à nobis præstitum, etiamsi quocunque colore, vel ingenio interpretatum fuerit, nihil cuiquam præsertim verò statui & ordini Ecclesiastico, eiusq; iuribus & iurisdictionibus, tam spiritualibus quàm secularibus, quæ omnia firma & immobilia perpetuò esse volumus, derogare velle vel vnquam derogaturos, verbo Regio pollicemur, & iure iurando nos obligamus. In cuius rei fidem & testimonium præsentes literas decernimus, sigilloque nostro quoad præsens vtimur, communiri iussimus, & manu propria subscripsimus. Præsentibus Reuerendo, Magnificis, Generosis & Nobi-

Nobilibus, Petro de Gondi Episcopo Parisiensi, Ioanne Zamoyski Belzen: & Zamechen: Nicolao Firley de Dabrowicá Casimirien: Capitaneis, Paulo de Euix, & Henrico de Neuers Consiliariis Regis Christianissimi, in suo secretiori & priuato consilio. Actum & datum Parisiis, die Iouis, 10. Mensis Septembr. Anno ab incarnatione Domini 1573.

Sed quid, num in eo iam stetit hoc negotium? Minimé verò. nam quemadmodum antea (vt supra dictum est) toto interregni illius tempore, & præcipuè in electione noui Regis, circa Varsauiam, vniuersus status & ordo spiritualis, cum non exigua itidē parte status secularis, huic articulo de pace inter dissidentes in religione tenenda reclamauerunt, & nè in posterum robur haberet soleniter protestati sunt; ita post modum * cùm iam venisset tempus diadematis imponendi nouo Regi, & confirmandorum per eum iurium omnium Regni, Illustrissimus & Reuerendiss: Iacobus Vchanski Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis Regni Primas; & item alter Reuerēdissimus Archiepiscopus Leopolienſis; similiter & omnes Domini Episcopi, tùm temporis præsentes suo & aliorum absentium Episcoporum, Abbatum, Ecclesiarūque Cathedralium omnium, & collegiatarum, ac vniuersi huius Regni cleri nominibus, tanquàm vniuersus status spiritualis, cum non postrema parte status secularis, ac ordinis eius, articulos in Conuentu Electionis noui Regis, à quibusuam secularibus, sine vnanimi consensu omnium ordinum, imò quám plurimis reclamantibus atq, protestantibus, non suo loco, neque tempore, nec modo atque ordine debito & legitimo compositos, inter confirmationem

mationem iurium & libertatum Regni inferi non posse, nec debere, multis ijsq; grauissimis rationibus (quæ in protestatione Cracouiæ, Anno 1574. eo nomine facta, continentur) comprobarunt.
26 Neq; inefficax * tùm temporis extitit eorum articulorum impugnatio, vt potè quod Rex Catholicus facilè sibi persuaderi passus est, non aliam confirmationis iurium ac libertatum Regni obseruandã sibi esse formulam, quámq; a prædecessoribus suis. per manus sibi tradita esset, ac proinde nouos illos articulos cõfœderationis supradictæ, tanquam controuersos de quibus) vt in priuilegio eiusdẽ confirmationis habetur) non tantùm in Coronatione, verùm & in Gallia magnæ intercesserunt disceptationes, nequaquam priuilegio confirmationis iurium inferendos, sed ad Conuentus particulares omninò reiiciendos esse iudicauit. Non me illud præterit, quod postmodùm reuiuiscente istius hydræ capite, à posterioribus Regibus, Stephano & Sigismundo tertio, feliciter nunc nobis regnante, aliquoties, tàm videlicet in electionibus, quàm & in coronationibus illorum, isti articuli de pace inter dissidentes in religione tenenda, approbati atque confirmati fuerint; attamen vbique repugnantibus & reclamantibus Senatoribus spiritualibus & secularibus quám plurimis, id factum fuisse nulli dubium est. Id enim non solùm ex protestationibus identidem quotiescunque huius confœderationis mentio facta fuit, interpositis, sed etiam ex subscriptionibus illorum manifesto apparet. Inprimis vero con-27
firmationi electionis Regis Stephani, vbi de confœderatione nihil factum fuit, An

driouiæ Anno Domin 1576. die prima Februarij, Reuerẽdiſſimus Staniſlaus Karnkowski Epiſcopus Vladiſlauienſis ſuo, & totius ſtat⁹ ſpiritualis nomine ita ſubſcripſit. In articulo de compoſitione & iudicijs, ſaluo iure ſpiritualium: Circa. confirmationem demum iurium atque priuilegiorum Regni, á Rege Stephano, in Ciuitate Megges octaua die Menſis Februarij, Anno 1576. factam, (vbi nullus Epiſcoporũ, ſed omnes ferè p aucis exceptis Catholicis diuerſæ religionis homines ea legatione fũcti fuerũt) eius rei fit mẽtio, *quod nimirum aliqui incolæ Regis (verba ſunt Stephani Regis, id ſibi cauerunt ſpeciali confœderatione, vt in cauſa religionis pacem habeant, quàm nos illis conſeruaturos plenè & perpetuè pollicemur.* Ex quibus verbis hoc diligẽter notandum eſt, ſpecialem non vniuerſalem hanc eſſe confœderationem, vtpotè aliquibus tantummodò incolis Regni ſeruientem: deinde nihil aliud præter pacem diſſidentibus in religione cauẽri atque promitti. Denique * post mortem Regis Stephani ſub interregno in Conuentu Senatorum & Nobilium Palatinatuum Cracouien: Sandomirien: & Lublinen: Cracouiæ Annò 1572. celebrato, noui articuli confœderationis proponuntur. In quibus huius itidem confœderationi, diſſidentium de religione fit mentio. Cui inſignes & magnos viros, Illuſtrem nimirum & Magnificum Nicolaũ Zebrzydowski, Generalẽ Crac: Capitaneum, & Spitconem Iordan Capitaneum Sandecen: tali ſubſcriptione illorum articulorum (in quãtum videlicet iuri antiquo, tam publico, quám alicuius priuato non derogant, & in Conuocatione approbati fuerint 28

erint) haut obscuré contradixisse, quis dubitare potest?
29 Sequuta * postmodùm Anno 1578. Conuocatione generali Varsauien: causa eligendi noui Regis indicta, claré & expressé ab Episcopis huic confœderationi contradicitur, vt liquidò apparet ex his subscriptionibus:
Stanislaus Karnkowski Archiepiscopus Gnesnen: excepto articulo confœderationis inter dissidentes de religione, manu sua propria. Albertus Báránowski Episcopus Præmislien: R. P. Vicecancellarius eadem præmissa exceptione. Laurentius Góslicki Episcopus Camenecensis, excepta confœderatione, Stanislaus Leßczynski Canonicus Cracou: excepta confœderatione.

Cùm ítaque publica huius Regni iura nullo modò patiantur, ea pro legibus & constitutionib⁹ haberi, in quibus vnanimis consensus omnium Prælatorũ Baronũ, & Cõsiliariorũ, quã spiritualiũ quã secularium, atque Nuntiorum terrestrium, non interuenit; iure merito hic quoque articulus confœderationis, á priuatis quibusdam hominibus priuati commodi causa, vtpotè ne pœnæ ob diuersitatẽ religionis in eos extenderentur, introductus & suppositus, contra quem tot solennes protestationes, tot contradictiones tot denique refutationes, tam scriptis quàm dictis, vbique locorum, & quouis tempore facta reperiuntur, nullam non modò vim, sed nec nomen legis aut constitutionis habere potest aut debet. Longè aliam * dissimilemq; fuisse, olim maiorum nostrorum in statuendis huiusmodi confœderationibus obseruantiam vel ex ipsius confœderationis Korczynen: contextu, Anno Domini 1438 die 8. Martii ab omnibus ordinibus Regni initæ, res ipsa testatur. *Nos* inquiunt Ordines Re-
30

nes Regni, *Principes spirituales & seculares, Barones, & Comites, Proceres, Milites, Nobilitas, Ciuitates, totaque communitas Regni Poloniæ, singulariter singuli, & vniuersaliter vniuersi eodem animo, eadē voluntate, scientia, assensu, & rati habitatione, omnes vnanimiter decernimus & significamus tenore præsentium, &c. quod quicunque existat indigena Regni Poloniæ, &c. vellet aliquas inobedientias contra ius commune, &c. aut etiam hæreticales errores facere vel promouere: contra talem, siue tales, cuiuscunque status, gradus, cōditionis & præminentiæ fuerint, siue spirituales, siue seculares, & in eorum destructionem consurgere volumus & promittimus, sub fide & honore nostris, absque dolo & fraude: nec ipsis auxilio, consilio vel fauore patrocinari volumus, sub fide & honore nostris, etiam si sanguine, affinitate, & quacunq; propinquitate forent nobis aut alicui nostrum cōiuncti &c* Deus bone, quàm dissimilis, & quàm Christianæ pietati magis conueniens est huius antiquæ confœderationis formula, ab ea, quam isti non ita pridem sub interregnis sibi fabricauerunt? Ibi enim omnium ordinum & statuum tam spiritualium quàm secularium vnanimem consensum interfuisse, huic verò nouæ confœderationi potissimam partem Reipub vniuersum nimirum Ecclesiasticum ordinem reclamasse constat: ibi in extirpationē quorumuis hæreticalium errorū, hîc verò in propagationem nouarum sectarum fit consensus: ibi in hæc verba, *nec pro eis loqui volumus aliquod verbum, sed punire promittimus*, maiores nostri sese obstringunt: hîc verò eos defendemus ac tuebimur isti dicunt. Sed * non fuit hæc sola Catholicorum in Polonia contra hæreticos confœderatio, quinimò alias haud dissimiles, quæ à pientissimis illis maioribus nostris 31

stris, eodem feruore pietatis factæ fuerunt, plures antecessisse certis diplomatibus probatur. Et in primis Anno Domini 1430 in Comitiis Regni Iedlnę, omnes ordines Regni suscipiunt in Regem de duobus filiis Vladislai Regis, qui aptior Regno fuerit promittuntq; vnanimiter contra eos se insurrecturos, qui huic susceptioni contrauenire, vel bellum intra Regnum facere, vel commouere, & conspirationes inire aut hæreses promouere ausi fuerint, sub fide & honore suo Fuit autem hoc diploma munitũ sigillis Nobilium Polonorum numero quinquaginta. Simile diploma sub sigillis Nobilium sexaginta, Posnaniæ Anno Domini 1432 in Comitiis confectum fuit. Item in Comitiis in Brzescie, de data feria tertia Paschę, Anni 1433 similes extiterunt literæ, sub sigillis Nobiliũ numero quadraginta quatuor. In Comitiis quoque Dobrzynen Anni 1434 similes literæ editæ fuerunt, sub sigillis Nobilium sexaginta. Nobilitas itidem Russiæ in Comitiis generalibus in Mosciska. Anno 1439 simili diplomate sese obstringit, sub sigillis sexaginta quatuor Idem deniq; fecit Nobilitas Podoliæ in Ramieniec Anno eodẽ 1439. sub sigillis viginti tribus Ac præterea * antiquiorum quoq; Poloniæ Regum, contra hæreticos latæ, complures reperiuntur sanctiones, qualis est illa, vel ipsius Priluſij testimonio, vtilis admodum conseruandæ religioni atque perpetua memoria digna lex Vladislai Regis Iagellonis in Iedlna, Anno Domini 1424. promulgata, quæ sic se habet: *Quod cùm sub dissimulatione præterire non debemus, imo arctemur diuinæ legis perpetuis institutis pestiferos hæreticorum errores, (quos in Dei contemptum* 32

temptum, & in Christianæ religionis detrimentum, & eneruationem politiæq; iacturam, iniqua peruersorum corda conflauerunt) etiam quæcunque oporteret nos subire pericula, à finibus nostris propulsare, in gladio deiicere, vt qui censura Ecclesiæ non terrentur, humana seueritate multentur, maturo cõsilio Prælatorum, Principum, & Baronum nostrorum habito, & consensu, & etiam decerta ipsorum & nostra scientia, præsentibus decernimus, & pro firmo constanti, & pro irrefragabili edicto teneri præcipimus. Vt quicunque in Regno Poloniæ nostro, & terris nobis subiectis, hæreticus, aut hæresi infectus, vel suspectus de eadem, fautor eorum vel director repertus fuerit, per nostros Capitaneos, Consules *Ciuitatum, & alios officiales, ac quoslibet subditos nostros, siue in Officiis, siue extra viuentes, velut Regiæ Maiestatis offensor capiatur, & iuxta exigentiam excessus sui puniatur.* Atque ibidem paulò inferius subiungit, contra eosdem hæreticos grauissimas pænas: *Et nihilominus omnia bona ipsorum, mobilia & immobilia, inquibuscunque rebus cõsistentia publicentur, thesauro nostro confiscanda proleſque eorum, tám masculina quám fœminina, omni careat successione, perpetuo, & honore, nec vnquam assumatur ad dignitates vel honores. sed cum patribus & progenitoribus suis, semper maneant infames, nec de cætero gaudeat aliquo priuilegio Nobilitatis vel decore.* Extant Sigismũdi quoque primi non pauca aiusdem sententiæ edicta. Et primùm quidẽ Torunii Anno 1520. editum, tale est: *Manifestum facimus harum serie literarum, quod intelligentes ad regnũ & dominia nostra inferri, nõ nullos libellos cuiusdam fratris Martini Lutheri Augustiniani, in quibus multa continentur, tám contra sedẽ Apostolicam, quám etiam in perturbationem communis Ordinis, & status rei Ecclesiasticæ & religionis. Cùm enim in Regno nostro ex huiusmo-*

iusmodi scriptis errores aliqui pullularint officij nostri, vt Christiani Principis, & fidelis filij sanctæ matris Ecclesiæ esse duximus, vt authoritate & potestate nostra Regia, huic cæpto noxio resisteremus. Mãdamus itaque vobis omnibus subditis nostris, & cuilibet vestrum seorsum, vt nemo deinceps audeat talia opera vt præmissum est, in Regnum & dominia nostra inferre, vendere, aut illis vti, sub pœnis confiscationis bonorum atque exilii, quas vnusquisque mandatum nostrum transgrediens sine vlla excusatione, tam ignorantiæ, quam alterius causæ subibit.

Alterũ Cracouiæ Anno 1525. non dissimile priori, sic se habet: *Manifestum facimus omnibus & singulis cuiuscunque status & Ordinis subditis nostris, ac etiam aduenis quibuscunque. Quia cùm humanis ingeniis præsertim vulgi, ad res nouas ac insolẽtias propensis, necesse sit, cùm alia multa tum verò hæreses emergere, necesse item sit per eos, qui diuinis & humanis institutis præpositi sunt, illas hæreses tanquam pestem & virus nocentissimum à subditis illorum arceri. Sic quidem sola religio est, quæ legibus ac institutis suis homines indisciplina, in virtute ac fide erga Deum & homines continet ac regit, quaq; in norma & obseruantia sua veteri turbata ac dissoluta, turbari & dissoluj necesse est vniuersa, quod postea, vt multis exemplis constat, in seditionem vergere, ac in pernicem Rerumpublicarum, earumq; rectores redundare solet. Nos pro officio Christianj Principis, eam ipsam religionem á sanctis Patribus ordinatam, ac per Ecclesiam sanctam Romanam directam, nobisq; á maioribus nostris per manus traditam, ac uer nos denique ad gentes nostras, multo sanguine, & clarissimis gratia Dei victoriis hactenus defensam, etiam á labe hærerica, his temporibus in vicinia emergente, integram & immaculatam in Regno & dominiis nostris conseruare volentes, publicis edictis Mandamus, nè quidam Lutherj cuiusdam libri,*

eiusque sequacium quorumcunque, quos sua insolentia in reprobrum egit sensum, quiq; prætextu libertatis Christianæ, prætextu vitiorum ordinis Ecclesiastici & scandalorũ, quæ in hominibus fieri necesse est, tanquam sub melle virus suum in vulgus spargunt, & scriptis ac sermonibus famosissimis non solùm mores salubres & instituta Ecclesiastica, sed ipsos etiã Sanctos Patres turpissimè proscindunt, & sacra prophanis miscent, ad Regnum & dominia nostra inferrentur & legerentur. Neuè quis dogma ipsum pestiferum approbare audeat, sub pœna capitis & priuationis omniũ bonorum, ad quæ edicta nostra exequenda modum, etiam opportunum statuere volentes. Delegauimus in Prætorium Ciuitatis Cracouiensis nonnullos primarios nostros, tam spirituales, quàm seculares Consiliarios, qui cum Consulibus & officialibus Ciuitatis, sic edicta nostra exequentur, vt inprimis quandocunque opportunum videbitur, Reuerendissimo D. Episcopo Cracouiensi per inquisitores eius cum Decurionibus, quos Consulatus in Ciuitate ad huius negotij aliorumq; excessuũ tollendorum custodiam eligent, per omnes domos, testudines, & cistas diligens scrutatio & inquisitio fiat, & vbi aliqui libri hæretici inuenirentur, illic pœna edicti exigetur. Deinde vt Impressores librorum nihil prorsus in primere, & Bibliopolæ, vel alij quicunq; exponere & vendere deinceps audeant, ex libris vndecunq; aduectis, nisi illos Rector Vniuersitatis prius viderit, & tam imprimi quàm vendi permiserit, sub pœnis prædictis. Vt autẽ & reliquæ Ciuitates nostræ hoc exemplo inuitentur ac vnus quisque in tempore præmoneretur, nè ipsa mandata nostra transgrediatur, & ignorãtiam prætendere possit. Nos hanc ipsam Consiliariorum & Consulatus Crac: ordinationem, per has literas nostras omnibus testatum volumus esse. Mandantes omnibus Ciuitatibus Regni & dominiorum nostrorum, vt ad eiusmodi edicta nostra exequenda cum loci ordinariis, a-

riis, aut eorum delegatis faciant ordinationes opportunas, easq; diligentissimè exequantur, pro gratia nostra regali aliter non facturi. Cracouiæ Anno Domini, 1525.

Quod edictum vt debitæ exequutioni tradatur, ita idē ipse Rex Christophero Szidlowiecki Palatino & Capitaneo Cracouiensi mandat.

Magnifice sincerè nobis dilecte. Non ignorat tua sinceritas officij esse vniuscuiusque boni Principis, id potissimum curare, vt in subiectis sibi populis, vnitas, concordia, & tranquillitas conseruetur, Idque hoc vno fieri, si leges atque instituta diuina & humana longo vsu & communi approbatione recepta, diligenti custodia manu teneantur, hominesque seditiosi, & plus sapere volentes quàm oportet, quamq; ad illos pertinet, coerceantur, siquidē in vita nihil certi firmiq; haberetur, vbi liceret vnicuiq; pro suo libitu & sensu, tam de diuinis, quam humanis rebus pronunciare. Cùm nec vllum esset bonum, quod maledicendo deprauari non possit, nec vllum tam euidens malum, quod per licentiam sub specie boni se non insinuet: Nos itaq; dudum intelligentes spargi in Regno nostro Lutheri cuiusdam dogmata, cōtra mores & instituta Patrum, & sanctæ matris Ecclesiæ, inperturbationem communis status & vnitatis populi Christiani, pro debito nostro & exemplo aliorum priorum Regum & Principum Christianorum, publico edicto mandaueramus, vt ad regnum nostrum nulla opera ipsius Lutheri, aut alterius cuiuspiam sectaris ipsius inferantur, sub exilio & priuatione omnium bonorum. Contra quod edictum nostrum conperimus isthic in ciuitate nostra Crac: esse nonnullos ita curiosos in his quæ muneris eorum non sunt, atque ita contumaces aduersus edictum nostrum vt non cessent opuscula eiusdem Lutheri, & alia id genus inuehere, & iam palam tueri dogmata ipsa lætifera, in offendiculum bonarum mentium, hominumq; perturbationem, ac contemptum

ptum authoritatis & mandati nostri Regij. Quod vt meritò debemus, indignissimo animo ferentes comittimus Sinc: V. idque omnino esse volumus, vt tales, qui in vulgum spargunt ipsa dogmata Lutherana, vel eius opera inuehũt, palam vel occultè ad Regnum, & ad Dominia nostra, & præsertim ist huc in Ciuitatem Cracouiensem diligenter disquirat. Et in eos qui compertifuerint, edictum nostrum irremissibiliter exequatur. Sed & quicquid vltra in ea re curanda fecerit id nos non ratum solum, sed etiam gratissimum habituros non dubitet, pro fide & virtute sua Sinc Tua facturam, Datum Cracouiæ 1525.

Sed neque illud ad Gedanenses perpetua memoria dignum Regium mandatum silentio prętereundum est quo idẽ Rex Sigismundus, nè statum religionis Catholice immutare præsumant, eosdem seriò admonet, cuius is est tenor: *Famati fideles dilecti. Cùm multis rumoribus perlatum esset ad Nos seditiones vestras intestinas, & insolentias aduersus fidem & religionem sanctam Catholicam, co vsque processisse, vt plurima contra Deum & Beatissimam Virginẽ matrem, & omnes Sanctos indignissima committerentur diuinissimum Sacramentum blasphemaretur, ciboria, altaria, imagines picturas in Ecclesiis esse confracta & contumeliosè iecta, calices, patenæ, cruces, & alia clenodia de Ecclesiis accepta & asportata, Monachos, & Moniales spoliatos, & de monasterio expulsos, & nouam religionem inuectam, Oratores nostros Reuerendissimum & Reuerendum in Christo Patres, Dominos Archiepiscopũ Gnesnensem, & Episcopum Vladislauiensem, infamatos & contumeliis affectos. Proconsules, Consules, & alios officiales Ciuitatis illecentiosissimè depositos, opprobriis indignissimè affectos, aliosq; in locũ ipsorum indebitè suffectos. Burgrabium contra authoritatem nostram exauthoratum, & nouas de illo cõstitutiones factas, iudicia nostra violata*

violata, furcam & rotam in foro extructam contra Priuilegia & libertates Ciuitatis, orphanis & viduis census solui prohibitos, vt noui Consules, qui in domibus census obligatos habent, soluere illos non tenerentur, insigniores ciues nullo tempore securos esse, Ecclesias Parochiales iuris Patronatus nostri, externis Sacerdotibus sine scientia & consensu nostro collatas, & alia innumera perpetrari. Videbantur hæc omnia nobis adeo indigna & abominanda, vt fidem illis adhibere nunquam potuerimus: nam & contra religionem sanctam Catholicã, quam omnia Regna & Dominia Christianá hactenus tot sæculis concorditer & inuiolabiliter obseruârunt, tam nefanda comissa videbãtur, quæ ipsi Turcæ aut Tartari forsan comittere non auderent, & aduersus auctoritatem nostram ita insolenter excessum, ac si nomen & potestas nostra Regia plumaleuior censeretur. Admonueramus vos per nuncios nostros benignissimis verbis de his ipsis rebus, quæ ad nos rumoribus perferebantur, quibus non vsquequaq; credere potuimus. Verùm quia intellexímus post eam legationem nostram, non modò intermissa & correcta esse à vobis, quæ sunt indignissimè commissa, sed etiã illa indies magis inualescere, maioresq; insolentias & blasphemias fieri, aduersus diuinam Maiestatem & Sanctos eius, ritusq; ac ordinem Ecclesiarum, qui à priscis illis sanctissimis Patribus, vita & miraculis clarissimis est institutus, doctore & magistro vnico Ecclesiæ Spiritu sancto à sceleratis Apostatis, qui horum censuram nunc sibi insolentissimè sumunt mutari. Timentes itaque nos, nè grauissimam vltionem à Domino Deo, & aput alios omnes Reges Principes, ac nationes Christianas, turpissimam notam incuramus & subeamus, si ad indigna & nefanda fatinora conniuerémus, admonendos vos iterum his literis nostris duximus. Mandantes vobis sub grauissima indignatione nostra, vt si ea ita se habent, quemadmodum ad nos relata sunt, primùm

omnium

omnium religionem sanctam Catholicam ad eam obseruationem & ordinem, quem à maioribus vestris per manus accepistis, & cum quo nobis subditi estis, in omnibus quæ mutata, destructa, ablata & violata sunt restituatis. Sacramentum Eucharistiæ seruari in Ecclesiis, & Monachos ac moniales ad sua Monasteria, quæ maiores nostri fundauerunt, & Plebanos ad suas Ecclesias, quæ nostri patronatus sunt, liberè redire permittatis, intrusosque quàm primum eiiciatis. Alioquin durante hoc errorum fundamento, nihil boni sperari potest in reliquis, quemadmodum & Bohemi id cognoscentes tandem resipuerunt. Deinde Magistratum omnem indignè & indecenter depositum restituatis, constitutionesq; quas propria voluntate & seditiosè confecistis, abrogetis. Rotasq; & patibula indignissima carnificinæ insignia è foro deiiciatis, vosq; in omnibus tam diuinis, quàm humanis rebus & negotiis vestris ad priscum laudabilem morem ac instituta, quibus aucta est Ciuitas vestra, accomodare & adhærere studeatis. Nam si vos ipsi inter vos id facere non curaueritis, nos debitum & officium Christiani Regis prætermittere non poterimus. Ad quæ omnia volumus vt nobis per hunc Nuncium nostrum respondeatis. Cracouiæ, Anno Domini, 1525.

Cùm verò Gedanenses Regis optimi atque clementissimi Principis hæc tam benigna ac verè paterna monita seu mandata cõtumaciter cõtempsissent, & nihilominus Lutheranam hæresim in ea Ciuitate summo conatu & studio promouere ausi fuissent; quid inde consequutum fuerit, quaue ratione Rex prudentissimus supplicio conditio de Lutheranæ factionis auctoribus sumpto, statum eius Ciuitatis ex arbitrio suo composuerit, Bernardi Vapouii fragmentum qui introspiciet, luculenter admodum hæc omnia ex eo cognoscet.

Eiusdem

Eiusdem quoq; Regis edictum Anni 1534 extat, contra religionis innouatores grauissimum & seueriſsimum: *Audiuimus*, inquit, *per multos esse in Regno nostro factiosos, & nouandarum rerum cupidos homines, qui sectas ab orthodoxis Patribus, in vniuersalibus Conciliis reprobatas, non in occulto saltem sectantur, sed & publicè profitentur & disseminant, non sine contemptu piarum sanctionum à sancta Catholica Ecclesia institutarum & receptarum, atque edictorum nostrorum: esse item non paucos, qui liberos, propinquos, & affines suos Vitembergam mittunt, vt illic mox ab ineunte ætate priusquam nouerint malum á bono discernere, pestifera dogmata ab ipso Luthero, qui horum malorũ caput est, imbibant, & postea in Regno nostro diffundant & propagẽt. Quæres quam feliciter vicinis circumcirca Regionibus cecideriť, nemini obscurum est. Videmus enim luce meridiana clarius; quãtæ seditiones, quantæ cædes, bonorum direptiones, & quanta rerum omnium perturbatio quanta pietatis ruina, quanta deniq; honestatis euersio ex his initiis excitata sit. Quod nè nobis quoque & subditis nostris vnquam vsu veniret, cauimus aliquoties edictis nostris, grauibus pœnis intransgressores constitutis.* Et infra. *Quod attinet ad eos qui apud Lutherũ, vel apud quoscunque alios factionum istarũ principes vitam degunt, his omnem aditum ad quasuis dignitates & Magistratus præcludemus in posterum.* Quin & Sigismundus Augustus, optimi ac sanctiſsimi parentis vestigiis insistens complura itidem contra hæreticos edicta promulgauit; vt poté, Anno 1550. quod ad Andream Comitem á Gorka Generalem Capitaneum maioris Poloniæ missum, in Actis publicis Posnaniæ reperitur; item aliud Vilnæ, die prima Martij, Anni 1556. cuius illud est exordium. *Perfertur ad nos Picardorum, Boëmorum*

rum, Anabaptistarum, Sacramentariorum, Lutheranorum, & aliorum hæreticorũm praua dogma tà palam publicari.

Deniq; Parczouiæ Anno 1564 aduersus Trinitarios Anabaptistas, ac Arianos latum; sed quod magis est, ex testimonio Cromeri, maiores nostros adeò religiosos fuisse apparet, vt neque hospites hæreticos etiam fide publica assecuratos tolerare potuerint? quinimò Zbignei Episcopi Cracouien: laudabile & tanto viro dignum factum prædicatur, quod ipsius interdicto ob legatos Boemicos hæresi infectos, ipsis solennibus Paschæ diebus à sacris tamdiu cessatum fuerit, quoad illi Cracouiæ subsitêre. Cùm itaque tot ac tantæ sint maiorum nostrorum contra hæreses conspirationes & cõfœderationes, tam variæ quoque ac multiplices optimorum Regum & Pricipium aduersus easdem promulgatæ sanctiones, quis æquo animo ferat, nouam hanc confederationem prioribus illis, prorsus contrariam ac repugnantem ijsdem anteponi? Cùm hæ rité atque debito ordine, summa nimirum omnium Regni Ordinum & Statuum voluntate & consensione conditæ sint: ista autem Ordine Ecclesiastico vniuerso reclamante, ac nonnullis Prouinciis seu Palatinatibus refragantibus inita, quis vnquam concedat, illis abrogatis & antiquatis, hanc vnam atque solam loco suo consiste re posse? At forte * allega- 33
bunt illi, veteres confœderationes atque sanctiones illas Regum nouæ istius confœderationis authoritate sublatas & abolitas esse. Leges enim posteriores derogant prioribus, vt habetur in l. 26. & sequentibus. ff. de legibus. Iam ante quæstione secunda,

num

num: 3 satis luculenter demõstratum est, posteriores leges eatenus prioribus derogare; quatenus priores contraria lege posteriori specialiter & nominatim abrogatæ fuerint. Aut si saltem novæ leges animo abrogandi vetustiores cõdantur, de quo est expressus textus in cap: *Licet. de Constitut.* in 6. Et alioquin posteriora ligare intelliguntur in iure, scilicet communi; at in iure priuato & speciali (qualia sunt iura Ecclesiastica) non item. Nam inde sequeretur, quòd etiam Priuilegia & donationes priores, posteriori Principum concessione tolli possẽt, quod iura nostra non admittunt, vt videre est circa exequutionem in Constitutionibus Anni 1562. & 1563. Tantum verò abest, quòd hæc noua confœderationis formula, aliquam expressam & specialem derogationis vetustioribus illis confœderationibus, átq; edictis Regum & Principum necessitatem imponat, vt etiã sententiam suam quid intendat, non sàtis explicet, nihilq; aliud præterquám pacem inter dissidentes in religione esse conseruandam in se contineat. Vnde colligitur, non eam fuisse mentem dictæ confœderationis, vt iura Ecclesiastica, vel antiqua illa Patrũ & maiorum nostrorum placita, per eam abrogentur: sed nè pœnarum, contra hæreticos constitutarum executio fieret. Id enim confœderationis verba exprimunt: *Neque propter diuersitatem (aiunt) fidei, aut mutationem in templis, sanguinem effundemus, siue confiscatione bonorum, ademptione honoris, carceribus & exilio. &c.*

At qui amplius, inquiunt illi, * etiam iuramentis, ijsque solennioribus, Sereniſſimorum Regum, puta Henrici, Stephani, atque moderni Sigismundi 34

gismundi Tertii, eam confœderationis formulam esse cõprobatam atque stabilitam, & proinde legis atq; constitutionis Regni vim habere? Esto sanè, iuramentis Regum illam esse confirmatam, sed non sine exceptione seu contradictione statuum & ordinum Regni, prout superius probatum fuit. Quid? an non etiam iisdem iuramenti vinculis, idq; primo & potiori loco, omnia iura & libertates immunitates priuilegia publica & priuata, iuri, communi utriusque gentis, & libertatibus non contraria, Ecclesiastica & secularia, Ecclesiis, Principibus, Baronibus & quibuslibet personis, cuiuscunque status & conditionis existentibus, per diuos prædecessores illorum Reges, & quoscunque Principes Domi nos Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ concessa, donata, & emanata, &c. iidem supra recensiti Reges sese conseruaturos, & manu tenturos obstrinxerunt? An igitur hæc mens illorum Regum fuit, vt quæcunque de religione Catholica sancita sunt ab antecessoribus illorum, quorum pietatem & religionē semper etiam isti Reges imitandam sibi proponebant, ob istud de pace tenenda præstitum à se iuramentũ, ex Regni Constitutionibus prorsus abrogari debeant? an quod prior pars iurisiurandi ad conuellenda antiqua iura, posterior verò ad tuenda noua dictos Reges adstringat Nequaquam id sanè; sed benignitati atq; clementiæ superadictorum Regum id adscribendum est, qui nè quid durius & acerbius in eos, qui à Catholica religione discesserunt agatur, liberando eos isto metu, ad hunc tantummodo solum casum, tali iureiurando sese obstringere voluerunt,

uerunt, vt nimirum pax inter dissidentes de religione conseruetur atque manu teneatur. Neq; verò existimet quispiam paruum hoc atque exiguum illis concessum esse beneficium, cùm hoc pacis nomine, pænas in veteri confœderatione Corcinen: contra ipsos constitutas, & earum executionem effugiant. Quo beneficio, si saltem isti contenti essent, quemadmodum certè contenti esse deberent, neque latiùs quam conuenit hoc nomen pacis extenderent proculdubio tàm ipsi quàm Catholici, quorum nunc deterior conditio esse videtur, quietè & tranquillè viuerent neque toties huiusmodi importunis postulationibus de confœderatione obseruanda, aures Catholicorum obtunderent; sed dum ipsi sub hoc plausibili titulo pacis, loca & vasa sacra in vsus prophanos conuertere, Ecclesias & loca religiosa ad vsum Catholicæ Romanæ religionis exædificata, iuri & potestati Episcoporum subiecta occupare, fundos & reditus Ecclesiarū auertere, decimas Ecclesiastico Ordini omni iure debitas negare, nouas synagogas in locis & Ciuitatibus Catholicis erigere satagunt; si quispiam fortè zelo Catholicę religionis ductus talia fieri non permittat, aut taliter ablata iure repetat, exemplò isti pacem inter dissidentes de religi one violari toto ore proclamant Hæccine pax est confœderationis, vt illi licenter in nostrum ius inuadant, nobis verò eadem iure non liceat repetere? Equidem * non sũ 35
ignarus, quid amplius hic obiiciant, quod nimirum iuramento Regis, non de pace tãtùm simpliciter manu tenenda, sed etiam nè quispiam causa religionis, tám ab ipso Rege, quàm à quocunq; Ma

gistratu, aut cuiuscunq; cõditionis & status homine opprimatur, cautum sit. Et quæ inquiunt illi, grauior oppressio nobis inferi potest, quàm cùm in bonis hæreditariis siue patrimonialibus, in quib' absoluto dominio gaudemus, nouas synagogas exędificare vel in Ciuitatibus & oppidis Regiis cætus erigere non permittimur? Optimé scilicet se res habet; at qua ratione, iura, & priuilegia Ecclesiastica antiqua, iurisdictionè Episcoporum ad quorum diligentiam pastoralem (vt verbis Diui Augustini vtar) etiam illæ omnes pertinent, quę non violenter ereptæ, sed blandè leuiterq; seductæ à grege aberrauerunt, integra inuiolatauè permanebunt? si facultas erigendarum synogogarum, religioni Catholicæ præiudicioſa cuiuis admittatur? Cùm alioquin neq; Catholicis, sine Episcoporũ approbatione erigere Ecclesias licitum sit, per expressum text: in cap: *Nemo.* 9. de cõsecrat: dist: 1. Hinc sequitur, quod absolutum illud dominium, ad temporalia tantummodò, non autem ad spiritualia, quale est ius siue potestas ædificandarum Ecclesiarum extendi debeat. Omnes siquidem laicos, cuiuscunque status & conditionis fuerint, spiritualium vel quasi spiritualium rerum, omninó incapaces esse, iam ante satis superque ostensum est. Ciuitates * quoque & oppida 36
Regni, quamuis sint bona Reipub: suis tamen gaudent priuilegiis & immunitatibus, suntque immediatè subiectæ dominio & potestati Regũ, in quibus si talia, nempè vt vnicuiq; religionem quamcunque profitenti, Ecclesias liberas habere, authoritate publica licitum sit, permitterentur; summæ res esset, non modo in-

do iniquitatis, sed etiam confusionis. Iniquitas in eo consistit, quòd cùm balneum, aliudue quodpiam publicum ædificium, Nobili aut cuipiam alii in præiudicium incolarũ alicuius Ciuitatis aut oppidi construendi ius non sit, ius verò ædificandi synagogas, aut erigendi cætus nouos illi competere debeat; maximè quod hæreses perdant & destruant pristinam religionẽ Catholicam, quam cùm ciuitates & oppida à primæua sua fundatione sacrosanctè semper coluerint, illam hoc facto immutari, iniquum ac prorsus intolerabile esset: confusio verò inde sequeretur, si vel ad minimũ aliquem motum aut tumultum in ciuitate aut oppido exortum, causam religionis offendi atq; oppriмi ab istis cõclamaretur: Cuius rei non ita pridem Vilnæ, Posnaniæ, & Cracouiæ vidimus clarissima exempla Nam cùm fortè à quibusdam leuioris sortis hominibus, priuatæ domus, vbi eiusmodi cœtus peragi consueuerant, expetulantia potiùs quadam, quàm animo opprimendi istos homines impeterentur; & quamuis tam politici, quã spirituales Magistratus, citra omnem conniuentiam hisce motibus omnibus modis sese opposuissent, nullaque nedũ culpa, sed neque assensu huic rei occasionem dedissent, qui nimò in reos istius facti conuictos, se debitè animaduersuros esse vltrò obtulissent: attamen Deus bone, quæ conspirationes, quæ molimina, priuatim & publicę in Conuentibus Regni eo nomine, ac si de summa rerum ageretur, contra Catholicos suscepta atque proposita? Non satis illis visum est, quòd cũ á nemine quispiam istius facinoris nedùm conuinceretur, sed neque accusaretur nominatim

natim, plurimi ob leues saltem suspiciunculas, iuramentis corporalibus sese expurgarent; sed vt insontes etiam vel decimarentur, si fieri posset, vel alis grauissimis pœnis afficerentur, summo studio & conatu contenderunt. Quod an Catholici ab ipsis impetrare possent, iudicent ipsi? Scimus quæ in locis huiusmodi, vbi Euangelici dominantur, Catholicorum sint præiudicia, quæ angustiæ? Vt interim taceamus ea, quæ apud exteros fiunt; at domestica saltē intueamur exempla Notissimum est, quid Rigen: Gedanen: & Torunen: nostri tam in processionibus solennioribus, quám in funeribus Catholicorum paulò superiori tempore attentarint Ex dictis itaque omnibus liquidò demonstratum esse arbitror, pacem quidem dissidentibus in religione á Regibus præstari at confœderationem istam nouam, Catholicorum calculo vim legis obtinere nequaquam posse. Ac proinde frustra id á Catholicis tam pertinaciter petunt, quod ab eis sibi concedi nō posse, vel ipsi fateātur necessum est. Quamuis enim multa aliquando tolerantur, quæ omninó prohiberi non possunt: ea tamen lege publica approbari & confirmari ius & ratio vetat.

Sexto* quæritur, An Loco, TEMPORIq; SIT CONVENIENS? Quòd non suo loco, neque tempore, neque modo, neque à personis ad id potestatem habentibus, ea confœderationis formula lata fuerit, nulli dubium esse potest. Nam in Conuocatione Varsouien: noui Regis eligendi causa indicta, eam natam fuisse constat. Vbi nihil præter quàm de electione noui Regis agi poterat, vtpotè quod & Nūcii Terrarum, ad hunc solum actum 37.

actum, non autem ad fanciẽdas aliquas leges, ab ordinibus Regni missi fuerant: leges verò seu constitutiones secũdum præscriptum statutorũ Regni, non alibi, quàm in Cõuentione generali, cum consensu Consiliariorum tam spiritualium quàm secularium, & Nuntiorum terrestrium decerni debent, de quo est Statutum Casimiri Regis in Nieszowá Anni 1454. & Sigismundi primi Cracæ A. 1539. Is etenim est status, eaque cõsuetudo Regni huius, vt nihil noui sine assensu Equestris ordinis statui possit, aut debeat, in tantum vt Reges etiam ipsi necesse habeant in Conuentibus primùm particularibus incolis cuiusque Prouinciæ seu Palatinat⁹, Per Nũcios suos proponere ea omnia, quæ post modum in Comitiis Regni generalibus sunt tractanda. Vbi demùm de his à Nobilitate dicuntur sententiæ, & quid approbandum, quidue reiiciendum sit, disquiritur; atque ita Nuntii cũ absoluta vel limitata potestate prout vsus postulauerit, ad Comitia generalia amandantur. Alioquin si omissis hisce solennitatibus, sine Rege, sine Nobilitatis assensu, Senatores, vel potentiores fortè aliqui, famulitiis stipati, alieno tempore, debilioribus, aut absentibus, nec quicquam tale suspicantibus, leges pro libitu suo imponere possent, quomodo quæso libertas nostra non periclitaretur? Septimò * quæritur, An sit VTILIS & NECESSARIA? Quæ incõmoda, quæue aliades malorũ ex hac cõfæderatione prodeant, ex iis quæ superius cõmemorata sunt, haud difficile est iudicare? Neque tamen deesse complures facio, qui hanc confæderationem publicæ pacis & tranquilitatis causa, summopere esse necessariam

* 38.

sariam & vtilem aliis persuadere conantur. Nec sine ratione id quidem, nam cùm (Cicerone teste) dulce nomẽ sit pacis, res verò ipsa tùm iucunda, tùm salutaris; quis nõ eius desiderio afficiatur? quis non eam obuiis vlnis amplectendam esse censeat? At quia
89 * huiusmodi pax, nõ est vera pax, sed potius insidiæ & interitus, vel ipsius Ciceronis testimonio qui libro 2. de legibus in quit: *Non debet esse liberum cuiquam de religione iudicium, quod hæc libertas magnam pariat perturbationem atque perniciem Reipub.* cur ergo istiusmodi persuasionibus locus tribui debeat? Nam quæ potest esse pax & tranquilitas, vbi cuique quod sentit ipse credere, & quascunque voluerit in Deum & in Sanctos eius blasphemias euomere, quælibet pernicioſa dogmata dissemiare permittitur? & quæ participatio iusticiæ cũ iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ item conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? & qui consensus templo Dei cũ idolis? Cùm itaq; huiusmodi pax fundamentum pacis cuiusque Reipub: scilicet religionem conuellat; vtpotè, quia inuehit in Rempub: nouitates & mutationes, quibus nihil Reipub: potest esse pernicioſius. Rectè enim Plato, non posse immutari religionem absque magna Reipub: immutatione, lib: 4 de Repub: docet, non video, quomodo pacẽ & cõcordiã illa Respub: sperare debeat vnquam, quæcũq; semel dissidẽtes & dispares cultus religionis admittit? Profectò nihil ibi in cõmune syncerè cõsuli, nihil ad omniũ salutẽ referri potest nulla totius corporis Reipublicæ cura ibi est, hoc solum vtile cuique est, quod alteri detrimẽtum adfert, ex alieno in commodo,

modo, ſuum quiſque cõmodum & emolumentũ captat: ſicut ex aduerſo ſi circumſpiciamus illas gentes ac nationes, quæ huiuſmodi motibus & mutationibus nunquam ſe agi paſſæ, ſemper in vna atq; priſtina religione conſtantiſſimè permanſerunt, quanta ſit imperij illorũ maieſtas & amplitudo, quanta concordiæ, pacis, fidei, & iuſtitiæ, omniumque aliarum virtutum, quæ vel ad honeſtatem & dignitatem Reipub: vel ad charitatem & beneuolentiã mutuã cõſeruandã pertinent, fama & opinio; fateamur neceſſe eſt, quod nulla ibi conſpiratio, nulla confuſio, nulla denique tam inſignis malignitas reperiatur, quæ aut Reipub. gerendæ rationem perturbare aut in priuatis actionibus ſanctiſſimum illud fidei commercium vagum aut fluctuans reddere poſſit. Non enim fieri poteſt vt in tanta animorũ atq; voluntatũ cõnexione, in tanto pietatis atque charitatis ſtudio, hæc ſcelerum ac flagitiorum mõſtra, apud eos, quibus vnam purã, ac ſinceram fidẽ, ſemper ſanctũ, auguſtum, ac religioſum viſum eſt ſeruare, locum habeant, præſertim cum illa ſit non modò factorum, ſed etiã mentis ipſorũ norma firmiſſima. Verùm quia de huius falſæ & inſidioſæ pacis lenociniis, prodiit in publicum anno ſuperiori libellus ſub titulo PAX non PAX, nõ inelegans ſanè & ſatis doctè conſcriptus, idcircò diutiùs in his immorandũ eſſe non putaui.

Octauò * queritur, An ſit MANIFESTA? Iſtũ cõfœderationis articulũ adeó manifeſtum, vt non contineat aliquid per obſcuritatem incaptionem, nulla ratione dici poſſe, vel id ipſum argumẽto eſt, quod quædam in eo proponuntur apertè, quædã verò ce- 40

rò celantur & occultantur callidè & insidiosè. Proponuntur apertè ista, libertas admittendi quasuis sectas atq; religiones, & impunitas eius libertatis. Hæc enim duo pacis nomine in confœderatione eadem intelliguntur, vt iam demonstratum est: celantur autem & miro quodam verborum circuitu inuoluuntur non pauca, Catholicis & Ecclesiis illorum admodum pernicioſa, vtpotè quibuscunq; locis, maximè verò in Ciuitatibus & oppidis Regiis synagogas construere, templa Catholica, in bonis suis patrimonialibus occupare atq; profanare, bona Ecclesiæ in proprios vsus conuertere, & his similia, quæ inter alios magnũ illud lumen nationis nostræ, Cardinalis Hosius in suo examine istius articuli confœderationis latissimè prosequitur? Vltimo * quæritur, An
41 non priuato cõmodo, sed pro COMMVNI CIVIVM VTILITATE sit cõscripta? Tantum ab est, vt ea res communi omnium vtilitate introducta dici possit, vt etiam nõ solum vniuersæ Reipub: sed & singulis exitiosa sit, vt potè quæ hominibus viam ad inferos patefaciat? Et sanè, sicut nec gregi ouium salutare fuerit, si pastoribus & custodib⁹ remotis, lanienæ ferarum exponantur; ita neque Christianis conducibile esse potest, si libertas quiduis credendi, quæ sibi perniciem concilient sempiternam, illis concedatur. Cùm itaque ex his quę iam dicta sunt, manifestum sit, quòd hic articulus confœderationis ad formam iustarũ & legitimarum legum nullo modo accommodari queat, quòd videlicet in illo multa Deum lædunt, proximum & conscientiam offendunt, religionem Catholicam conuellunt, seditionibus viam aperiunt,

riunt, vnitatem & concordiã Regni scindunt, atq; adeò totam Reipub: formam immutant cõtineantur: idcircò nulla ratione apud nos pro lege haberi debet, vtpotè quæ vnanimi ordinum & statuum consensu & approbatione, nunquam hactenus est lata & stabilita, neque salua Catholicorum conscientia & iurib' Ecclesiæ stabiliri vllo vnquã tempore potest. Neque tamẽ ob id, vim aut iniuriã aliquã diuersæ religionis homines á Catholicis expectare debent, cùm is sit animus, ea voluntas omnium Catholicorũ aduersus illos, vt malint potius eos, tanquam fratres & propinquos ab errore ad veritatis lucem reuocare quàm quicquã in eos grauius decernere. Ego sanè hanc quæstionem verbis Diui Augustini sic cõcludo: *Concordate nobiscum fratres, diligimus vos, hoc vobis volumus quod & nobis. Si propterea nos grauius odistis, quia errare vos & perire non permittimus, hoc Deo dicite, quem timemus, minantem malis pastoribus & dicentem: Quod errauerat, non reuocastis: & quod perierat, non inquisistis.*

QVÆSTIO IX.

De iure patronatus atq; cortesanis, & an aliquando patroni iure præsentandi priuari possint?

SVMMARIA.

1. *Iuris patronatus spiritualis definitio.*
2. *Ius patronatus Ecclesiasticum proprie spirituale dici nõ potest, sed spirituali annexum.*
3. *Pluralitatis patronorum in præsentatione quæ ratio habenda.*
4. *Episcopus sine præsentatione patroni, an in beneficio aliquem instituere possit.*

5. *Patroni Clerici vel Laici intra quod tempus præsentare aliquem ad beneficium debeant.*
6. *Priuilegia fundatoribus Ecclesiarum, quæ competant.*
7. *Dispositio Concilii Tridentini de iure patronorum*
8. *Querela secularium de præsentatione Episcoporũ, quã sitiusta.*
9. *Templa & alia beneficia Ecclesiastica quatenus in patrimonio laicorum esse dicantur.*
10. *Ea, quæ in bonis nostris sunt, quando dominio nostro non subiiciantur.*
11. *Ius patronatus separatim vendi aut obligari non potest.*
12. *Summus Pontifex etiam sine præsentatione patronorũ, de Ecclesia patronata quidere potest.*
13. *Cortesani in Curia Romana beneficia impetrantes, quomodo coërceantur;*
14. *Modus & ratio deuoluendæ collationis beneficij ad loci ordinarios.*
15. *Causæ iuris patronatus coram quo iudice tractari debeant.*

IVS patronatus* Ecclesiasticum seu spirituale, dicitur potestas præsentãdi aliquem ad beneficium Ecclesiasticum vacans, secundùm Abbat: in rub: extr: de iure patronat. & Hostien: ibidem in summa. Dicitur autem hîc ius patronat⁹ spirituale, ad differentiã iuris patronatus temporalis, quod liberti patronis præstare tenentur teste Couar: prac: quæst: 10 cap: 26. Quinimò * neq; ius patronatus Ecclesiastici, de quo hîc dicitur, propriè est ius spirituale, sed annexum spirituali, per express: text: in cap: de iure 16. in verbis: *Cùm inconueniens sit vendi ius patronatus, quod est spirituali connexum*, tit: de iure patron. gloss: in cap: *Literas.* 2. in verbo: *Spiritualibus* tit: de iuram. calum. Et ideò à Laicis quoq; possideri & præscribi potest, per express: text: in cap: 1. tit: de iure patronat. in 6 Felin. in cap:

1.

2.

cap: *Quanto*. tit: de iudiciis. Quod vsque adeò procedit, vt etiam transeat ad hæredes, tam sanguinis quàm extraneos, nõ solùm masculos, sed & fœminas, per text: in cap: *Quoniam* 3 in verb: *Hæredes*. extra de iure patron: & in cap: fin. de conces: præbend. Quo tamen *casu, si plures ab vno ex
3. patronis relicti sint hæredes, vocem vnius duntaxat habebunt in præsentatione. Nam & alias, quãdo plures sunt patroni, possunt inter se conuenire, vt alternis vicibus præsentent, cap: fin: Clement. de iure patronat. idq; hodie seruari praxis quotidiana docet. Quod si de eo conuenire non possint, & discordes in præsentando permaneant, tunc præferendus est præsentatus à maiori parte, si est idoneus, per express. text: in cap: *Quoniam* 3. in verbis: *Præsenti decreto statuimus, vt si fortè in plures partes fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur & approbatur assensu*. extra de iure patronat. Quamuis verò * regulariter 4.
Episcopus nõ possit instituere aliquem in beneficio sine præsentatione patroni, per expr: text: in cap: *Decernimus*. 16. qu. 7. ibidem.

Decernimus, vt quãdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem loc eis curam permittantur habere sollicitam, atque rectores idoneos in iisdem Basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos: Et inferius ibidem: *Quod si spretis eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam nouerit irritam esse, & ad verecundiã suam alios in eorũ locũ (quos iidem ipsi fundatores cõdignos elegerint) ordinari:* Sæpius tamen fieri id solet, vt certas ob causas etiam nõ interueniente patronorum collatione, Episcopus teneatur

proui-

prouidere Ecclesiæ de rectore eiusdem, maximè verò si patroni ob incuriam vel ob dissensionē, aliamué ob causam tempus á Canonibus definitū in præsentando omittant, cap: *Eam te.* 22 in verbis: *Illas autem Ecclesias de quarum patronatu controuersia fuerit, si intra sex menses postquàm vocauerint non fuerit controuersia terminata; licitum tibi sit de persona idonea ordinare:* tit: de iure patrō.

5. Hoc verò * sex mensium tempus, solis tantum clericis concessum esse, Doctores iuris tradunt; laicis verò quatuor mensium tempus, ad præsentandum competere iura dictant. cap. *Quoniam.* in verbis: *Si autem hoc sine scandalo esse nequiuerit, ordinet antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Et idipsum etiam faciat, si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum:* tit: eod: de iure patron. Cui concordat alius itidem text: in cap: *Cùm propter.* 27. tit: eod. Vbi hoc specialiter in fauorem patronorū cauetur, quod talis Episcopi prouisio seu ordinatio Ecclesiæ non debeat in posterum generare præiudiciū patronis eiusdē. Ratio eius rei, quòd Episcopus negligentibus patronis vti iure suo Ecclesiam ordinare possit, hæc est, quòd patroni consequuntur ius patronatus non propria sua authoritate, sed ex gratia & permissione Ecclesiæ. Cùm enim matris loco sit, admodùm benignè cum filiis suis procedit, præsertim circa huiusmodi fundationes Ecclesiarum, seu aliorum beneficiorum. Nam fundatoribus eorumque hæredibus facultatem præsentandi ad easdem Ecclesias atque beneficia, gratas ipsis personas, Ecclesiæ tamen Dei imprimis vtiles & idoneas clementer indulge-

dulgere solet; prout id: di: cap: *Quoniam*. & cap: *Nobis*. 21. tit: de iure patron: probatur. Et clariùs Trident: Concilium de his disponit, in verbis: *Nemo etiam cuiusuis dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis, quacunque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium, aut capellam de nouo fundauerit & construxerit, seu iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis proprijs & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, ius patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis aut dotationis huiusmodi, institutio Episcopo & non alteri inferiori reseruetur:* Sess: 14. cap: 12. Quemadmodum * & alia huusmodi, fundatoribus pietatis ipsorũ causa ex ordinatione Ecclesiæ debentur priuilegia. Et in primis honor ꝓcessionis vt enimirũ alios præcedere possit, fũdatori seruẽtur: itẽ, si ad inopiã vergat, ex prouentib⁹ Eccles: illi succurritur: d. cap: *Nobis*. ibi *Pro fundatione quoque Ecclesiæ honor processionis fundatori seruatur. & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè succuritur, sicut in sacris Canonibus est institutum*: extra de iure patron Canon autem cuius hic fit mentio, fuit Concilii Toletani, & in cap: *Quicunque*. 30: proponitur his verbis: *Quicunque fidelium deuotione propria de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiant*. 16. qu: 7. Vnde satis liquidò constat, quod cũ ipsi fundatores, Ecclesiasticas facultates dispẽsandi ꝓ suo arbitrio nõ habeant facultatem, multomin⁹ Ecclesias ipsas, quibuslibet ad regendũ cõmittere, vel aliis aufere possunt. Licèt enim habeant ius prouidendi, & consulendi, & sacerdotem inueniendi non tamen habent ius vendendi, vel donandi, vel vten-

6.

vel vtendi tanquam propriis bonis prout id ex Canonibus dicti Concilij Toleta: in cap: *Filiis* 31. traditur his verbis: *Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus (puta Ecclesiæ ab illis donatis) non liceat quasi iuris proprij potestatem præfere, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunq; præsumere: sed hoc solùm in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut nullam noxam operatio nocens attingat, aut mulctam, vel aliquam partem salutaris mercedis assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare præsumpserit, & malè rapta cum confusione restituet, & excumunicationis annuæ sententiam sustinebit.*

7. 16qu:7 Quib⁹ adstipulatur * etiã dispositio Cõcilij Tridentini, cui⁹ verba, etiã si prolixiora sint: ob singularẽ tamen, quam in se continent elegantiam & diuinam quandã grauitatem, hic referẽda esse duxi. *Sicuti*, inquit sancta Synodus *legitima patronorũ iura tollere, piasq; fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est: sic etiam, vt hoc colore beneficia Ecclesiastica in seruitutẽ, quod á multis impudenter fit, redigatur, non est permittendum.* Et paulò post: *Patroni beneficiorũ cuiuscunque ordinis & dignitatis, etiamsi communitates, vniuersitates, collegia quæcunque clericorum vel laicorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcunque beneficiorũ, etiamsi verè de iure patronatus ipsorum ex fundatione & dotatione essent; nullatenus, nullaue causa, vel occasione se ingerent; sed illos liberè Rectori, seu beneficiato, nõ obstante quacunq; consuetudine etiã distribuendos dimittant. Nec dictum ius patronatus, aut alio quocunq; titulo, in alios contra Canonicas sanctiones transferre præsumant; si secùs fecerint, excommunicationis & interdicti pœnis subijciantur, & dicto iure patronatus ipso iure priuati existant.* Sessione 25. cap. 9.

Ac

§. Ac proinde * cùm his sacrorũ Cõciliorũ sanctionibus nihil sit euidentius, quis dissimulare potest, indignum omninò esse, quòd à secularibus quibusdam, tàm in Comitiis publicè, quàm & alibi priuatim, eo nomine in clerum totpassim exaggerẽtur querimoniæ, ac si ab Episcopis, aliisuè personis Ecclesiasticis, iure suo circa dispositionẽ & ordinationem Ecclesiarum priuentur: cùm multò æquior, magisque veritati consona, hac in parte sit status Ecclesiastici querela, quod nimirum à talibus patronis Ecclesię desolentur; quòd sepulchra piorum Catholicorum violẽtur; quod plebs sine sacramẽtis & cultu diuino viuat, & instar pecudũ moriatur; quod thesauri Ecclesiæ & ornamenta distrahantur, & in vsus prophanos conuertantur; quod fundi denique & census Ecclesiis adscripti adimantur. Longum certè nimisque tædiosum esset commemorare singula, quę partim contaminata hęreticorum vsu, partim deserta, ob expulsos sacerdotes Catholicos templa Deo sacra in hoc Regno reperiantur. At fortè * nasutuli quidã 9 tantã iniuriam, tantamuè impietatem hac ratione excusare volent, quod suę quisq; rei moderator & arbiter esse debeat, ita vt liberam administrationem & alienationem rerum suarum ingenuo homini denegare, summę sit iniquitatis, l. *Nõ vsq;* 2. ff. si quis á parent. manumiss. sit. Cùm verò Ecclesię, & alia huiusmodi beneficia Ecclesiastica, in bonis patrimonialibus laicorum consistant, si in iis vti iure suo, eaque pro arbitrio suo ordinare prohibeantur, quis iustam eos habere conquerẽdi causam negabit? Sanè Gordius iste nodus, à quouis mediocriter etiam in iure versato fa-

to facilè dissolui potest. Illæ etenim res, propriè & verè in patrimonio nostro esse dicuntur, quæ scilicet dominio nostro subiici possunt, vt sunt res prophanæ, quarum administratio nemini denegari debet, per iura supra allegata: at quæ Dominio nostro subesse non possunt, vt sunt res sacræ & spirituales, aut spiritualibus annexæ, quale est ius patronatus, vt supra dictũ fuit, eæ quanquam in bonis nostris sunt, in patrimonio tamen nostro esse nequaquam censeri debent; cùm Diuini iuris sint, & in nullius bonis esse dicantur, l. 1. ff. de rerum diuis. Cùm & alias * multa ta- 10
lia in bonis nostris habeamus, quibus liberè pro arbitrio nostro vti non possumus. Exempli gratia, flumina publica etiamsi intra terminos patrimonii nostri contineantur, non tamen pro arbitrio nostro illis vti possumus. Nemo enim flumen publicum, præsertim nauigabile, alio diuertere aut impedire potest: quod item de via publica, & aliis publicis locis dicendum est, tit: ff. nè quid in flumin: publ. item sub tit: de flumin. de quo etiam Statuta atque Constitutiones Regni clarè admodum disponunt. Ac proinde, quando quidem huiusmodi fundationes seu dotationes Ecclesiarum, aliorumuè beneficiorum, in bonis nostris esse desierunt, posteaquam semel Deo dicatæ atq; Ecclesiæ applicatæ, amplius in prophanos vsus conuerti non possunt; nulla profectò ratio est, cur eas patroni, tanquam proprias & patrimoniales vendicare sibi, debeant? Vnde consequens est, * quòd nemo Ecclesiam, aut 11
ius patronatus alicui vendere aut obligare potest, cùm illa sint iuris diuini & spiritualis, vt sæpius dictũ fuit; sed trã-

seunt.

seunt hæc cum vniuersitate dominii, nisi venditor ea sibi specialiter excipiat. cap: ex literis 7. extra de iure patron. alioquin comparans vel emens ius patronatus seorsiuè, non cum vniuersitate bonorum, eo priuari debet, per text: in cap: *Quia Clerici. 6.* tit: eodem de iure patron: Maio-
12 rem * proculdubio isti iuris patronatus assertores occasionem conquerendi haberent, si etiam hodie sine præsentatione patronorum, nulloué impedimento tali, ob quod patronus à præsentando remoueri debeat interueniente, summus Pontifex ex plenitudine potestatis suæ, de Ecclesia patronata prouideat, quod illi de iure competere, dum modò mentionem faciat iuris patronatus laici Passim D D. iuris testantur, vt est glos: in cap: *Per literas:* inverbo, *Apostolicù*, Clement: de prebend: & notat Abb: in cap: *Quoniam.* facit glos. & ibi Abb: in cap. *Cùm dilectus.* tit: de iure patron. Et certè
* superioribus temporibus, 13.
vsque ad Sigismundi primi Regis imperium, tantùm is mos in Curia Rom: impetrãdi beneficia tam iuris patronatus laicorum, quàm spiritualium inoleuerat, vt etiam legibus seueriss imis á Regibus Alberto & Alexandro eo nomine promulgatis, vix, imò nè vix quidem prohiberi id potuerit, prout videre est in statutis Regni, sub verbo, *Ius patronatus:* donec tandem summo studio & labore Sigismundi primi Regis id effectum est, quod ex præscripto indulti, à sancta sede Apostolica, summoque Pontifice Clemente septimo impetrari, nullus post hac Cortesanus, quod idem est in Curia Romana commorans, huiusmodi beneficia, quæ iuris patronatus fuernit Regii, aut laicorum,

laicorum, vel in mensibus, ab eadem sancta sede Apostolica Ecclesiasticis personis gratiosè concessis impetrare præsumat; idq; postmodum statuto eiusdem Regis, Craconiæ, Anno 1540. lato, confirmatum fuit; quo, in huiusmodi Cortesanos, siue vt clarius dicam, beneficia in Curia Rom: contra præscriptũ indulti superius recensiti impetrantes, grauissimæ pœnæ statuuntur, vt videre est sub tit: Cortesani. Non tamen existimare * quispiam debet, 15 hoc iure, siue statuto sacrosanctas Concilorum sanctiones, contra negligentes, aut alio quouis modò inhabiles patronos promulgatas, quarum supra mentio facta est, sublatas atque abolitas esse: quinimò de his, ita hodie disponitur, quod nimirum, si patronus intra spacium quatuor mensium præsentare ad beneficium vacans negligat, eo casu, pro illa tantùm vice ius collationis illius beneficij competit loci ordinario seu Episcopo, tanquã verò & legitimo rerum Deo dicatarum in sua Diocæsi patrono: si verò etiam Episcopus officio suo hac in parte non respondeat, atque intra quadrimestre præsentare aliquẽ intermittat; tunc ad Metropolitanum pro illa itidem vice deuoluitur collatio; eo verò intra hoc idem tempus non conferente, ad summum Pontificem recursus fieri debet. Qua in re nulla fit patronis iniuria, si quidem ipsi sua culpa hoc beneficio collationis sese priuant, quin imò hac ratione, quando ordinarii Ecclesias vacantes conferunt personis idoneis, piis præ decessorum fundationibus, quæ á patronis negligebantur satis fieri res ipsa testatur. Atque hæc * de iure patronatus ad 16 præsens dicta sufficiant; hoc

vno

vno addito, quod causæ iuris patronatus coram Iudice Ecclesiastico tractandæ sint, eo quod naturam sequantur spiritualitatis: cap: *Quanto.* & ibi Felin. tit: de iudiciis. Mixtum enim sequitur naturam simplicis dignioris, vt notat Geil lib: 1. obser: 38. num: 6. Quod etiam probat statutum Sigismundi primi, Cracouiæ 1543. promulgatum, vbi inter alias causas, quas Iudices spirituales cognoscere debēt, causæ quoque iuris patronatus Plebanatuum, Altarium, Præbendarum, & aliorum sacerdotiorum, ad iudicium spirituale pertinere, dignoscuntur.

QVÆSTIO X.

De præscriptionibus, & an-
res, seu bona Ecclesiæ præ-
scriptione acquiri possint?

SVMMARIA.

1. *Regulariter omnes res præscribi possunt.*
2. *Præscriptione acquirũtur ea, quæ possidentur.*
3. *Laici res sacras spirituales & spiritualibus annexas præscribere non possunt.*
4. *Res, quæ in commercio sunt hominum, præscriptione acquiruntur.*
5. *Præscriptione quadraginta annorum, res seu bona temporalia Ecclesiæ acquiri possũt.*
6. *Romana Ecclesia sola centum annorum præscriptione gaudet.*
7. *Ad præscriptionem inducendam requiritur primum possessio continua & non interrupta.*
8. *Iustus titulus ad præscriptionem necessarius est.*
9. *Bona fides in præscriptione*

ad esse

ad esse debet.

10. *Res, vt sint præscriptibiles ad præscriptionem longissimi temporis requiritur.*

11. *Præscriptionis Ecclesiastico ordini obiectio, an sit iuri consentanea.*

12. *Alienatio bonorum Ecclasiæ, quando fieri possit.*

13. *Præscriptio contra priuatas personas de prouentibus Ecclesiasticis, an currere debeat.*

14. *Conclusio operis, & ipsius authoris de suscepto labore declaratio.*

1. REgulariter * omnis res, omne ius, & omnis actio præscribi potest: cap: *Ad aures* 6. text: de præscript: & l. *Sicut in rem.* eod: de prescrip. 30. vel 40. annorum. Vt enim litium esset aliquis finis, præscriptionem institutam esse, Iurisconsultus in l. fin: ff. pro suo, testatur: & pro inde non iniurius videtur esse is, qui rem legitima præscriptionē acquirit: quia ille, qui patitur rem præscribi, videtur consentire & alienare: l. alienationis: 28 ff. de verbor: significat. Hoc * tamen ita intelligi debet, si ea quæ præscriptione acquiruntur, ab acquirēte possideri de iure possint, d. cap. *Ad aures:* alioquin quæ possideri non possunt, per consequens nec præscriscribi, cap: *Causam exter:* de præscript. Possideri autem non possunt ea, quæ in commercio hominum non sunt, quæue dominio alicuius subiici non possunt, vt sunt res sacræ & Deo dicatæ § nullus. Instit: de rerum diuisione. Et ideò * laici cuiuscunque status & conditionis, huiusmodi res sacras & alia spiritualia, vel spiritualib⁹ annexa, puta Ecclesias, loca religiosa, ius decimarum, & his similia, sicuti neque possidere, ita neque præscribere possunt, etiam si

2.

3.

amsi mille anni transierint, secund: Ioan: Andr: in cap: 2. de præbend: li: 6. & gloss: in l. 2. verbo *Ancillã*. Codi: de ingen: manumiss. Præscriptiones enim eó potissimum respectu inductæ sunt, vt aliorum iura & dominia, quæ in rebus habentur, beneficio præscriptionis acquirantur, & in præscribentem transferantur: nullum verò ius aut dominium in huiusmodi rebus sacris & spiritualib' quisquam habere potest, vt iam dictum est. Quod praxis etiam Curiæ Regalis decreto Regio, inter Plebanum Zarnouicen: & Plázá feria secunda post octauas sacratissimi Corporis Christi 1598 lato, comprobauit. Secus est * in iis rebus, quæ sunt in commercio hominum, & alias per traditionem, aut alio quopiam modo dominio nostro subiici possunt, quæ licet præscribi principaliter prohibeantur: eas tamen ex præscripto iuris, quadragenaria præscriptione, quæ (vt in l. Omnes 6. Cod: de præscript: 30. vel 40. annorum habetur) omne ius priuatim vel publicum, in quacunque causa, vel quacunque persona tollit, (& in iure Canonica appelletur) perimi Doctores iuris tradũt. Qua quidem * præscriptione quadragenaria, etiam res seu bona Ecclesiæ, præsertim tẽporalia, vt fundi, syluæ, prædia vrbana & rustica, aliæque res Ecclesiasticæ, quæ ex certis causis etiam alienari possunt. acquiruntur. Id enim tàm iure Ciuili. in auth: quas actiones, Cod: de sacros: Ecclesiis, quam Canonico in cap: *De quarta*. cap. *Ad aures*. & cap: *Illud*: 8. cuius hæc sunt verba: *Illud autem testire volumus & tenere, quod aduersus Ecclesias minorem præscriptionem, quàm quadraginta annorum Rom: Ecclesia non admittit, licet quidã*

4.

5.

Canones comprobant tricennalem: & Ecclesia se potest aduersus Ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri de re illa, quam in concussè quadraginta annis nouit possedisse, extr: de præscr:

6. disponitur. Sola tamen * Romana Ecclesia gaudet speciali priuilegio centũ nimirũ annorũ præscriptione, cap: *Vobis*. 14. extra de præscript: itẽ cap: *Nemo*. 16. qu: 3. & ego notaui obser: 76. nũ: 6. pract: obser: Cent: 1. Verùmenimuero sciendum est, quòd ad præscriptionem inducendã, cùm in aliis tùm vel maximè in Ecclesiæ bonis, non sufficiant sola temporum interualla, (quemadmodum sibi quidam persuadent) sed necessaria sit bona fides, & alia iuris requisita. Primùm * enim

7. omnium requiritur possessio, & illa quidem continua, cùm sine possessione præscriptio non procedat: cap: *Sine possessione*. 3. de reg: iur: in 6. Et quidem talis continua possessio esse debet, quæ nè momento quidem interrupta sit, alioquin illa siue Ciuiliter, siue naturaliter interrupta, etiam præscriptio rumpetur, l. naturaliter ff. de vsu cap. Accedit etiam illud, vt non sit per vim occupata huiusmodi possessio, sed tradita á verò rei illius domino. Nam ad præscriptionem bona fides necessaria est vt inferius dicetur, quæ adesse nõ potest, vbi traditio non intercessit, gloss: in l. Celsus 27. ff. de vsu cap. Secũdò * ad præ-

8. scriptionũ requiritur iust' titulus, cap: *Si diligenti*, extra de præscript: qui quamuis in iure pluribus modis accipiatur, vt est gloss: in l. Non est, in verbo Titulus. Ced: fam: ercis: Hoc tamen loco, pro iusta causa possessionis, vel pro eo, per quod indicatur aliqua possidendi legittima causa sufficiens ad dominium acqui-

acquirendum accipi debet, cuiusmodi est titulus pro dote, pro hærede, & similes, qui in l. possideri. 3 §. genera. 21. ff. de acquiren: & ammitt: possess. & Instit: de rerum diuis: enumerātur. Tertiò * requiritur bona fides, l. vnica, Cod: de vsu cap. transferen. id est, sincera illæsaque conscientia, excusans vnūquemque de ignorantia rei alienæ, cap. *Si virgo*: caus: 34. qu: 1. vbi expressè ita traditur *Tamdiu quisq; bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cùm verò scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor prohibebitur, tunc iustè iniustus vocabitur.* Quæquidem bona fides, non tantum ab initio Possessiones, sed etiam omni tempore vsq; ad completam præscriptionē semper adesse debet: alioquin si quocunque tempore superueniat mala fides id est, scientia vel notitia rei alienæ, ante præscriptionem adimpletā, interrumpitur præscriptio, idq; tā in Ciuili, quàm & in Canonica, puta 40. annorum præscriptione procedit, cap: fin. extr: de præscriptis verbis *Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, Synodali iudicio definimus, vt nullæ valeat absq; bona fide præscriptio tam Canonica, quàm Ciuilis. Cùm generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absq; mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla tēporis parte rei hæ beat conscientiam alienæ.* Ex quibus manifestò apparet, quod iura Canonica in hac parte corrigant iura Ciuilia, quæ permittunt præscriptionē longissimi tēporis, etiā cū mala fide, l. Cùm notissimi. Cod: de prę script: 30 annorū. Quartò requiritur * ad prę scriptionem, vt res siue bona sint eius naturæ, quæ prę scriptione acquiri possunt. Res enim

9.

10

quæ

quæ non sunt in commercio hominum, vt sunt res furtiuę, vi ablatæ, res sacræ, publicæ item quæ á legibus alienari prohibentur, vt sunt res pupilli, furiosi, res dotales, res Ecclesiasticæ, nulla ratione præscribi possunt, secundum Gloss: supra rubr: ff de diuers. & tempor: præscript. Sānè * si
11 am isti qui præscriptionem nescio qualem Ecclesiastico ordini abiiciunt, res vel bona Ecclesiastica, secundùm hæc omnia requisita iurisà se possideri ostenderēt, iustam pro culdubio de beneficio præscriptionis sibi denegato, causam conquerendi haberent: at cùm de facto potiùs, quàm iure res vel bona Ecclesiæ occupantes, ea longissimi temporis spatio interueniente, tā quam propria sibi vendicare contendunt, videant quo iure, quaue iustitia nixi id faci-
12 ant? Cùm enim * bona siue res Ecclesiæ, aliter præter quam in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, idq; interuenientibus certis quibusdam solēnitatibus, quas in Cent: 2. obser. pract. breui si per ociū licuerit, in lucem proditura obser: 38. nū: 10. persequor, alienari non possint: frustra quis alium modum acquirendorum eorumdem bonorum vsurpare sibi debeat. Ac proinde etiamsi quis emptionis, donationis, permutationis, vel alio simili titulo, citra tamen solennitatum, in alienādis bonis Ecclesiæ obseruantiam, eadem bona longissimo tempore possideat; nequaquam tamen ea præscribere potest, vt poté quòd alienatio huiusmodi sine consensu superiorum quorum interest, puta summi Pontificis, Episcopi, & Capituli; ipso iure sit nulla, & contra prohibitionem legis facta, prout de his fusiùs dict: obser: 38. traditum est. Quo etiam respexi.

ſpexiſſe uidetur, Conſtitutio illa Anni 1588. in fælici coronatione moderni Regis, de alienationibus bonorum Eccleſiæ promulgata. Et iure id quidem: nam cùm religio ipſa Catholica ſit perpetua atque æuiterna, conſequens eſt, quod etiam adnexa eidē, putà bōa & res Eccleſiæ, perpetuitatis iure gaudere debent. Cùm alioquin ex præſcripto iuris noſtri, quibuſcunque perſonis, etiam contra ipſum Regem, bona nullo iure recepta, nulla obſtante præſcriptione, repetendi ius ſit; prout dicta Conſtitutione 1588. de his latius
13 diſponitur. At dices* fortè aliquis? Sit ita, quod contra Eccleſiam non currat preſcriptio, at contra perſonas priuatas, putá Eccleſiaſticas vel ſimiles: quæ ſiue pro decimis, ſiue pro cenſibus, ſiue pro aliis quibuſlibet iniuriis iure agere tantò temporis interuallo ceſſant, cur hoc beneficium præſcriptionis ſecularibus denegari debeat? Fateor equidem. ſi de huiuſmodi rebus, eadē apud nos, què apud alias nationes Chriſti nomen profeſſas, iuris dicendi iuſtitiæque exercendæ ratio conſtaret, ſaltem quo ad forum exterius, vtcunque id concedi poſſe; at cùm ex more & conſuetudine iſtius Regni, etiam pauperculo cuiuis ſacerdoti, imò egenis quoque & é mendicata ſtipe in hoſpitali viuentibus, pro exigua annui cenſus pecuniola, putá duodecem vel viginti groſſorum, primùm in iudicio terreſtri, poſtmodum in iudiciis Tribunalibus, idque ſine expenſarum refuſione, ius ſuum perſequi neceſſum ſit, quæ æquitas, quæué iuſtitia erit, talia ſibi vendicare titulo præſcriptionis, maximè verò quod in exigendis huiuſmodi rebus, non tàm

negligentia petentium, quàm difficultas & tarditas soluentium culpanda sit. Sæpius enim videmus, miſellos iſtos, iam monere, iam rogare, iam obſecrare, vt de retentis decimis vel cenſibus iis ſatis fiat; at cùm ſatisfactio, nunc promittitur, nunc eluditur, & de die in diem, de anno in annum differtur: quid amplius expectare debeant, cùm non vident, tùm demùm non ſine magnis ſumptibus & faſtidio, ſimul & ſemel iure id repetere coguntur, quod bonis modis obtinere non poſ-
14 ſunt. His * itaque tot ac tantis rationibus, ſatis ſuperque (niſi me omnia fallunt) demonſtratum eſſe puto, quæ iurium atque immunitatum Eccleſiaſtica ſtatus, ſit æquitas & iuſtitia. Vt verò omnis planè ex omnium animis in Eccleſiaſticum ordinem maleuolentia (quæ mea quidem ſententia, huiuſmodi quæſtionum fons eſt & origo) eximatur, præter alias conſilij mei rationes, ea vel potiſſima fuit, quæ me non inuitarit ſolum, ſed etiam coegerit, vt quantum vacui temporis ab occupationib' Aulicis haberem, ſucciſſiuis planè horis, eam iuſtiſſimam æquiſſimamq; Eccleſiaſtici ordinis cauſam, tractandam mihi aſſumerem. Qua in re, ſi quid profeci, aut præſtiti, aliorum ſit iudicium. Mihi ſat erit, vt hic qualicunque meus labor; ad De gloriam, & Eccleſiaſtici ſtatus vtilitatem atque defenſionem ſuſceptus, ſit meæ erga ſanctam ſedem Apoſtolicam, & religionē Catholicam, perpetuæ obſeruãtiæ monumentum.

LAVS DEO.

INSTYT
OSSOLIŃSKI

7324
I

11432

7134
1